¶ Palamedes palliata comedia.

Dulcibus hic voluit figmentis culta thalia
Ludere: subduxit pulcher Apollo lyram
Indoluit Gryphis: libertatisq; magister
Composuit neruos culta thalia tuos
Viue potens volucris: Alpheas erige Pisas
Alite sis ista victor Iule sacer.

PHOT of HEH 82458

Clariſſimo & magnifico Iuris vtriuſq; doctori Dño Petro Grypho: Piſano Patricio Sancte Se. Apoſtolice In Britannia Legato oratq; Collectori.

Palamedes Remacli Arduennę Florenatis.

Neq; lepidum neq; arido pumice expolitum tibi libellum dono vir Clariſſime & magnifice: Imo extemporalem illaboratū et ſubitarium: quiq; xeniorum et ſaturnaliū libertati maxime fidat: prolixiore igitur venia indigeo: nō reſecatiore iudicio. Nam ſi limā adhibeas: totus in ſpongia pereat potius: q̄ toties iuguletur. E primo nido e prima fetura adeo venit receptus in eō elauē ruborem fortaſſe aut bilem excitabit. Quid enim heroi cum ſimia? In quo nihil a ruſticitate vacat preterq; ſpecioſa numcupatio: ſeq; precioſum ab titulo fore confidit: in cuius capitē tuū nomen vi ſitur propagine genere nature & fortune ornamētis vetuſtiſſimū obſeruatiſſimum: et cum Piſanis culminibus (vnde ducis originem) de antiquitatē contendēs: virtutibus porro tua induſtria partis et peculiariter in tuas meritis laudes: adeo vaſtū & ingens: vt nequeat ſine inuidia vel aſſentationis ſuſpicione deſcribi. Certati quippe virtus quelibet in te ſic enitere laborat: vt cum omnibus eque polleas vnius tantum ſtudioſus eſſe videaris: et cum nulla magis in te eniteſcat inuitaſſe videris omnes vt tibi inſeruiant. Sed vt tuū aſſero non Apologum. Quod autem verboſum ſtridulum nugamentorū plenū quod aurū tibi q̄ ſapientiam cauponetur. Sublato profecto titulo vulcano mandandū: que res cōditionem meam longe deteriorem facit: ne ingenuū aliquid deme loquar ſed facti preſentis culpā ſimul et gratiam in te reijciam. Tui vultus hylaritas tua manſuetudo morū tuorum ſuauiſſima comitas allexere taciturnum ergo tuę inexhauſte humanitati que me tam blandis excepit vlnis tam cordate complexa eſt impune quicquid noſter hic auſus deliquerit. Parui tuo mādato & experiri volui quis clientuli tui reculis eſſet apud te locus. Nō eram oblitus tuę eruditionis quę gutture Geryonęo diſciplinas omnes helluata eſt. q̄ q̄ nymphis aquam offeremus: verum ſic arbitrabar. Auledo interdum inter eytharedos fieri canendi poteſtatem. Si hec alea feliciter ceciderit: propediem de grauitate tua dignitate: ſcientia: rerum geſtarū amplitudine fide integritate conſtantia ceteriſq; virtutum et fortunarum tuarum ornamentis copioſe diſſeram: nunc equi conſulę et xeniolo noſtro frontem ne capera vale. Ex muſęo noſtro exiguo Londoñ. Anno Criſtiani ortus ſupra ſequimilleſimum duodecimo Kalendis Ianuarijs.

Argumentum.

VEnum ꝓducit vsus mango geminos: Emptor ephebus Chrysi victus viribus sortes fortunę consulit: repellitur. Quare lamentis se dolentem macerat donec amici monitus alloquio recōciliatur cum Sophia virgine Inde Chrysum simul & virginem ducit domum.

Prologus.

POst q̄ cognouit Princeps hystricus eos qui hystrioniā astitant nouis et facticijs argumētis oblectare spectatorum animos: fabulam est commentus nouam dulcem: lepidam: nouo ex argumēto concinnauit artifex eius vt recitande fiat facultas hoc primum poscit sibi: et quo figura enotescat omnibus: motoriam hic exordimur fabulam. Veni ergo prologus vestram oratum beneuolentiam: sinite perorare me: & solita frui audientia: facite vt voluptas audiendi et silentium incitet Actorum gregem Optime est: iam conquiescere murmur et turbulenti incipiunt strepitus: Optimum auspicium capio a spectatoribus optimis: Sed esse tamen in vltima conspicor turba: aliquos ridentes & excitātes strepitum: ni mirum nihi conticescant cum ceteris: sublimes rapientur & risus gratia adornabuntur asininis auribus: fietq; ex ipsis asinarium tergū tergino bouino sacrificium nobile. Nūc impetrandus est nobis deus Comicus atq; ex ymo euocandus barathro Plautus: venustis vt exornet salibus scenam fluentem & lingue versatilis dictet lepores expolitos ludicros. Quid ergo expectare a nobis debetis? tristierria? ymo seria/tetrica/digna Cathonis naso. Est ne hoc recensere comice? resecare mores: vite amussim extendere? Lepide hoc fiet: motoriamq; in scenā nemo prodibit socci oblitus candidi: Iurgia tantum et amores & suspitiones eloquemur impediti de auri & sapiētię differentia: nā vtraq; statim hic venalia videbitis: et qui sibi illa comparare volet: afferat crumenam grandem quadrilibrē: & preciū dinumeret: absoluerit nos labore difficili recitandi. Verum [illegible] habetis opinor pleriq; domi occlusissimum: captiuū infinitis obstructū repagulis. Quid si quis furtificas illi iniecerit manus? Estote trāquillamētibus: A furibus & predatoribus in hanc diem vobis ocium indicimus: ne vos auri perdendi suspicio male habeat. Siqui nimiū sapere expectant: dicentes talia nō decere tractari argumenta in comedijs istis ita respondemus: censuram alio diuulgatū eant nobis perspectū est satis: quid deceat Comicos: quibus per summam

licuit licentiam quecumq; sibi argumenta discernere modo letum exitum dexter spectatorum plausus hylari exciperet voce: quod effecturos libere hic promittimus: Vos argumẽti quod relíquum est petitis: Fortuna illud vobis confestim explicuerit: ab ea ediscite quod in comunem gregem fauore & gratia cum vestra voluptate prosit: facite lingue ocium et pendete auribus: Nam hic ephebus qui primas in agendo sibi arrogat: et a quo Palamedes hec est cognominata fabula: silentium seuere appetit vt est seuerus e scola cupidinis: huic vña æquanimitas incumbat benigniter: vt exinde fiat palam quam de ceteris actibus spem foueamus:

Palamedes Phylotas:

SOlem esse letorum cogitatuum inuectorem: & angustiarum vellicantium dissectorem qui asserunt mi Phylota: belle quidem: Sed non ex omniũ iudicant ingenijs: cum enim perdię ac pernoctes miserum hoc pectus rodant angustię: iugibusq; fluctibus vi tractũ iactent animum media luce tristes vmbras fero: nec offuscatę mentis caliginem suis radijs celestis fulgor illustrat: Itaq; cum apud me reputo qua ex libertate decidérim & quos in fluctus pessum ierim: trucem esse carnificem amorem experior: qui oblata fastidiens: obsequiosa proterue crucians: id habet pensi q fauorem & inimicitiã equo dolore finit: Siue enim blandus arrideat: siue procax insultet: librata iacula cecis vulneribus imbuens pari nocumento venenat. Quis enim tam expositis vnq̃ eius blandicijs vsus est? Aut quis auerso tam fuit inuisus? quin sperati aut desperati fauoris hamum exitiabiliter voraverit? Itaq; pcelosa carybdis est amor: quieta turbulentis: turbulenta quietis eludere iocos facit: & in mortalium voluptatur miserijs? Eram ego curarum omnium expers: amabilis iuuente libertatę fruens: neq; cupidine deuinctus mala: neq; probrosis auaritię nexus: impuritatibus nullo fastu nullo supercilio caperatus: Sed omnibus horis omnium colori affinis quasi Cameleon viuebam alienę inuidię incarius: vt quicquid ad artes bonas mihi lucri faceret ætas: solertię accessisse meę reputarẽ: omnia nosce: naturę secreta rimari: recessus in mortales oculo mortali peruestigare satagebam: & quis ingenioli manci titubaret imbecillitas: cum defectus procubuerat intellectus: vegetiori fomite reuiuiscebat: & inde fatigato robore firmabatur. Auxit industriam: inexpleta sciendi cupiditas: & calce festinantem vrgens: in hoc perpulit incommodum: vt arduum nihil nihil labori inaccessum ducere ceperim: Cũ interim Sophię facies: nostris conspe-

ctibus reſplenduit: Quid dixi conſpectibus? per obuias inq̃ aures in animũ illapſa acerrimum meis medullis induxit incendium: et cum accepto vulneri cuncta ſuffragentur inualuit morbus nullis aduocamentis nullo euulſibilis antypharmaco: blanditur circum precordia: feruor imbibitus: lactat amantẽ potiundi credula ſpes: ſed amor factícius inſperabiles fructus ſomniculoſis ymaginationibus interpollat: ergo míſere míſer ſũ Phylota. Phy. Vtinam qui tibi bene volunt non alijs afflígí míſerijs vſuueníat. Sed quid eſt cur te míſerum predices? Palame. Quía ín eũ incídi amorem: cuius compotem fieri natura ipſa prohíbet: & id queto quod nuſq̃ eſt gentium. Phy. Noua tu mihi oratione aures obtundís: Id amas quod nuſq̃ eſt gentium? Palame. Profecto. Phylo. Inſanís & intẽperie te male tenent Id enim amoris eſt proprium: vt alicuius pulchri deſiderium incitet: allicíoſisq; ob líberalem elegantiam ſeducat erroribus: ergo falſis amorem criminationibus reum facis: ac tibí ipſi nimium es iníurius: qui tot preclaras naturę fortunę celitum vires in te inſítas: preſumpta deſperatione nihilipendís: Cui líberalius de forma mutuum fecit rerum omnium propagatrix? q̃ procera totius corporis eminet altitudo? que vultus conſtantia? que geſtuum grauitas? quid immíxtus gratię rigor? quid per omnes numeros abſoluta maieſtas? Ceterum elegans naturę opus deſtituit inuidę fortunę fauor: Iniuſtus es beneficij eſtimator ſinon multam ei gratiam habeas: quę in te ſolo ſuum mutauit ingenium: ac perpetuo bona fuit: ſane de ſuperis vt taceam par eſt: quibus beneficis eſſe cõgruit: aduerſũ rationis maxime participes & ſui figmenti rota formatos. Illi vero extra ordinem certatim tibi intenti eum intellectus impreſſere vigorẽ qui ſatis forſan eſſe debuiſſet: vel priſcis illis vltra mundanę plagę inquiſitoribus: a quorum etiam veſtigijs pari afflatus demonio ne lato quidem vngue digrederis. Sed vigilijs & diſcretarum agnitionum inquiſitioni primam vite partem impendis. Tot igitur venuſtatibus inſignis: vna cupidinis oppugnatione labaſcis? exiguo pulſus impetu percelleris? Vbi patrios ſpiritus amiſiſti? Vbi gloriam auitam proſtituiſti: ſic de te ſic de tuis es meritus: vt omnium verna puſillaminior vnico fatiſcas incommodo? An illius te contagionis extorrem arbitrabare qua mortalis omnis inſanire ſemel oportet? Cum in hec vitę incunabula ingredimur ſuus cuiq; genius tenaces & voluptatis dulcedine perlitos immiſcet ſtimulos: quibus preclariſſima ſpecierum per partes innumeras incrementa faciat. Quocirca ignem quod aiunt gladio nefodías. Sed obſequenter vrgenti parens: viribus eum ferendo frange ſuis, Palame. ¶ Phy-

lota nequaq̃ id genus pedicis imperfor: cathenis ſum arctioribus obligatus nec eas vires venereus ille alatus puer: non hoc in me imperium exercet vt ocioſis & ignauis torreat amoribus: relegaui pridem iſtas ineptias: nec vulgaris contagij iam cauſor egritudinem. Phylota. Quid te ergo aliud ſolicitat? Palamedes. Ingrediebare ſtatim preſentis vlceris originem: cũ de priſcis naturę vltra mundanę inquiſitoribus verba faciebas: ij duces tam ancipitem mihi concinnauere potionem. Primusq; omnium Socrates venenorum ſitim inflixit cum ob Sophię nomen conſtanter letiferum virus hauſit intrepidus. Iſq; de ea quam deperibat: Nympha Platone aſſertore ſic teſtatus eſt: nullam eſſe voluptatem: nullum tormenti genus: quod ab eius nos auertere debeat ſcrutinio. Idem etiam Plato beatas imperante Sophia reſpublicas arbitratus eſt: & Platonis egregius vindex Stragyrie alumnus: Regem oportet inquit vt genere & opibus ita Sophia precellere: eam mihi Sophiam duxi inquirendam: hec me infelicem tam perplexe macerat vt cetera vitę gaudia: inſipida & ſalis expertia reijciam: eius vnius memoria ſatis ſuperq; feſtiuus & hylaris. Cura igitur niſi ſuperfluum amicitię nomen inter nos eſſe putes: vt aliqua ex parte amoris mei latebras queſtiges: quibus orbis in oris mea gaudia deliteſcãt: Eius cõſpectum: eius effigiem cupio mihi fieri obuiam. Phylota. Non deſpicatum Hercules aut pudendum amorem elegiſti: Siquidem ea ſit ſapientia quam prudentum ſermonibus iactari audio: verum tibi prius erit obeunda mors q̃ in optatę puellæ congreſſum admittaris: hęc eſt a perraris petita procis ſed electiſſimis: tandemq; ſub eius merentes ſignis: excogitatis cruciati tormentis periere. Zenonis puto Anaxagorę & reliquorũ te interitus non latent. Quid q; ea per omnes orbis angulos euagatur? nihil perpetuę ſtationis nullum incolatum vbiuis gentium figens. Primi eam Caldei clariſſimis honoribus educauerunt: ab eis in Aſſyrios abducta ſedes veteres relinquere ſuſtinuit: Nec diutius ea frui Aſſyrijs licuit. Sed melioribus premijs a Medis inuitata: tranſtulit arcem Perſæ: Inde ſuis eam allexere virtutibus: a quibus ad Brachmanas vſq; & penitiſſimos Indos penetrauit: nec ijs contenta cultoribus Gymnoſophiſtas etiam Egyptios inuiſit: A quibus digreſſa florentiſſima duodecim Aſiæ minoris regna tot ornauit ingeniis vt ſecula non immerito aurea nominauerint: quibus tam ſpecioſe virginis gaudebant conſortio: Exin ad Auſonas a grecis et Crotonem vſq; Pythagora vocante progreſſa: Romanum demum imperiũ ſuis legibus totius orbis iugo impoſuit. Nunc quibus orbis in oris

delitescat inscrutari hoc opus: hic labor est: eoq; difficiliorem admittit indaginem: q; nullam conditionem: nullum sexū execratur: quemcumq; ydoneum suo reppererit consortio: ei sceptrū dat. Numam a sabinis curibus vrbi nuper conditę et a sabinorū vixdum respiranti vulneribus: præfecit Phylones decios Curios et innumeras plebeiorum familias: ad fasces consulares: & dictaturę imperia prouexit: femineas etiam linguas iuri dicēdo acuit: sceptra in manus porrexit: longe lateq; ditionem porrigere instruxit. Vt eam autem consequaris indefesso tibi conatu adnitendum est: Vigiliis sudoribus corpus macerandum: omnes nationum & sepositarum gentium ediscendi mores: nihil esse tam inuium tam occultum debet: quin perspicaci mentis acumine illuc euestigio contendas: Inuitabere per simulatas illi ganeas: et syreneę tibi struentur insidię: caue sis alicubi pedem figas donec veram tu Sophiam deprehenderis: quę post mille tandem figurarum ostenta: quasi Protheus homericus se tibi ostendet. Pala. Quidnam, queso mihi primū censes obeundum? Phyl. Vt sis elegans. Pala. De forma dicis? Phy. Animus tibi prius cōponēdus: adamussim regulandi mores: sedandi strepitus: affectionum inutiles restringendi fomites: turbelle impares in tranquillum coaptandę nequid inequale: ne quid dissonum in te sit curandum. Exin corpori sine inuidia suum ornatum impendes: neq; mollem neq; sordidum. Vt enim pulchrum ornatū mali mores peius ceno colliniunt: Ita cultus exterior momenti nescio quid adijcit interiorum estimationi. Palame. Heu phylota difficiles mihi prouincias imponis: nūc enim ita viuitur vt ridiculum sit de morum ratione verba facere: Sed me tam vehemēs ardor incendit vt caminos Ethneos pectore gestare putem: Ita perquirēda: vel ad extremos mihi garamanthes est Sophia: sine qua merores, exilium solicitudines amari fletus mors tādem acerba me manet cum qua leticię festiuitates ludi ioci: vita demum ipsa reuiuiscet: hec a me sensus omnes ablegauit: hec sua absentia me velut in acheronte perpetuis luctibus circundedit: certum est eam persequi donec inuenero: Eamus nunc iam intro: & quę itineri congruūt in sarcinas colligamus: Te ducem te auspicem sospitatricem istius itineris inuoco Sophia: Si labores omnes terra mariq; sunt futuri: leues dum te potiar cupidum tui ne frustraueris. Sed mutuę beneuolentię repēde pignus: Abscedo viam augurantibus lachrymis: his comitibus his consolatricibus vti iuuat.

Actus Secundus.

NE quis miretur ne ve quemq̃ lateat qua cauſa noſtrum contulerim huc gradum. Quid ne hic ſibi velit ornatus ingenſq; pompa Iſtec paucis ſimul & argumenti partem eloquar. Ego ſum fortuna quam ſolam cuncti deam votis fatigant: cui acceptum ferunt quecunq; aduerſa ſiniſter attulerit caſus. Quecumq; leta ſecundo aſpirauerim velo. Ceca vt videtis hic adſto in lubrico Nam penſi nihil noſtra libra trutinat: Caduca ruinęq; obnoxia voluẽs. horridum tumultuor: Regum apices & ſceptra potentia lugubribus euerto caſibus: alios impia cede funeſto multos in preceps protero ſtantia ſuis Baſibus emoueo leta turbulentis eſtuantia tranquillis intermuto. Idcirco ab hominibus ſola inuocor ſola blandis vocibus interpellor: accuſor etiam conuicijs: volubilis incerta temeraria plerumq; dicor ſola vtramq; paginam facio: humiles in faſtigium ſeruos ad regna promoueo: mihi celum: mihi aſtrorum vices: mihi eternus planetarũ influxus imputatur. Cauſa putor omnium: vt ſortes quoq; ipſas a me proficiſci autument: deniq; eo authoritatis peruecta ſum vt linguas auium fatidico ſpiritu inbuere credar: Auguriorum & aruſpicinę fidem ementita ſum: Parcas quoq; ipſas meo ſubeſſe nutui nemo it inficias. Vitalem illum & ab ethere demiſſum vite ſpiritũ corporeis detinere vinculis putor et obtruncare moribundum: deniq; certum doctoꝝ hoim conſilia ſola deuinco fortuna: atq; hoc eſt verum proinde vt quiſq; fortuna vtitur ita precellit: atq; exinde ſapere eum omnes dicũt: bene vbi quid viderint accidiſſe hominem cautum eſſe declarant: ſtultum autem illum cui vertit male ſtulti haud ſciunt q̃ fruſtra ſciant: cum quid cupiẽter dari petunt ſibi quaſi quid in rem ſit poſſint noſcere certa amittunt dum incerta petunt: atq; hoc venit in labore atq; in dolore vt mors interim obrepat. Cecutiunt namq; iudicijs fallacibus auidi mortalium animi dum quenimis volunt cupide perſequuntur ad vnum q; aleę noſtrę ſucceſſum inſoleſcunt: et ea nouercante franguntur. Moxq; ad contumeliam verſi: oculos mihi vt videtis faſcijs inuoluunt: cecam eſſe inceſſentes & inſtabilem: neq; adeo ſententia ipſi ſua hallucinantur me nãq; vtendam nõ poſſidendã perpetuo permitto. Sed is omnibus inſitus eſt error: vt per me fugitiuam cetera omnia conſtantia metiantur: vt per me magni ſint et humiles: cũ nulli niſi p inſidias vnq̃ applaudam: ad quam tamen anhelantes: ſimulans me et ſanctimonijs et grauitatibus aucupantur Eares preſentis mihi conſenſus ornatum inſtruxit: vt oſtenderem non tam cecam eſſe me q̃ qui rerum ſuarum vim in me reponunt: quenullos bonis frui perpetuis nec malis eternis ingemiſcere patiar: Sed hec illis verſo

At nisi fastidio vos audiēdi offendamini. Venalia vobis huc confesti duo mancipia producam que totus orbis ab euo sibi per omnes artes comparare satagit Chrysum videlicet & Sophiā: Is porro ephebus qui statim de Sophie amore verba iactabat speciosis seip̄m illudens vocabulis: comparator ad istec reseruatur: falso primum seductus iudicio ymo comuni oim labe infectus: preponet Chrysum in quod summum ius habeo nec me inconsulta minui capite potest: aut cuiq̄ addici Sophię nonmodo non dn̄or verum eius nutibus ambitiose inseruio: & licet apud eam fece & ceno minoris sim: nunq̄ auersantem desero deserentesq; indignata cladibus innumeris premo: nec poterit Chrysum ephebus mancipicapere: nisi reditione facta in gratiam cum Sophia. Vbi reconciliatus: Sophie comes euaserit: Chrysum vna abducet: Ea dū efficio gemitus screatus ineptos risus: et suspiritus indecētes simul & ignauum soporem sic explodite ne iustam fortunę in vos debacchandi causam accenderitis: date locum seni cum mancipijs: & preconis vocem ne interrumpatis.

Vsus Mango. Preco.

QVid ergo in predonio foro vbi tot preconum furum conuenire solent hac die solus oscitabas Curgulio? quo peiorē ducere iuratus nequirem ita es gloriosus multiloquus inutilis: nec tę orchus ad se recipere voluit: vt esset hic qui ad Letheum ituris amnem diem diceret. Pre. Si me arbitrare huiusmodi? cur conducebas? Vs. Inopia nam alius non erat. Pre. Sed qui licitari hec vis mancipia? Vs. Num tu licitatoribus legem dicere vis? Pre. Estimari volui dicere. Vs. Ego vt venalia proferas nō vt estimes te conduxi. Pre. Ita opinor: verum de mancipiorum vsu quicq̄ dicto opus est: vt qui comparare ista sibi postulent non frustra se locare argentum sciant. Vsus. Dices non esse morbida: non fugitiua: non furtifica: Sed quotidianis ministerijs accommodatissima: quibuscū omnia geri: omnia expediri emptor sibi facile promittat. Pre. Quarum porro dicis operarū? Vs. Omnium. Pre. Inertię tue metuis ne eam sua industria interpellant: Idcirco ea vendis: sed quod nomen tibi? Vs. Quid malum nomē meum rogitas? Pre. Sic res est: vend toris & emptoris nomē vt teneā. Vs. Vsus. Pre. Homini nequissimo nequissimū est iditū vocabulū. Quid altero vero sem per oculo quasi lusciosus cōniues? Vs. Heus tu quia mores hominum tam probos q̄ improbos expendo probis alter mihi oculus dijudicādis patet ad improbos conniueo. pre. Non capio istuc cōniuere tuū. Vs. Tardus es:

nonne precipiam huiuſce municipij partē ad ſtudia rapi diuerſa conſideras? media luce iuuentus proſtibulatum it: cum corona ebrij ſenes in coronam prodeunt: matrone flauos circū ceruicem capillos retorquentes purpuriſſo & ceruſſa pulchritudinē conſumunt naturalem. Edes ſacras amatorijs impediunt colloquijs media via ſe manibus contractari: ridere collo qui ſinūt ſine nota mundicijs meretricijs molliuntur: at ſi quiſpiam iſta caſtigare: ſeuerior velit iudex: quid reſpondeant? Pre. Tu ipſe melius dixeris Vs. Ita fert vſus: hec eorū eſt oratio ego flagitiorū omnium fio architectus: et que ſemel oculo cōniuēte ſine dente abire ſuſtinui illa pro receptis fiunt: & caſtigationi vlterius nō obnoxia palam capeſſuntur. Pre. Sed cur veſte tam variegata es amictus? Vs. Quia non oppida ſolum aut dynaſte aut famate ciuitates verū et vici humiles & ignobiles familie veſtitus modum mihi circumſcribunt: iſti vt ſim patagiatus placet. Ille me togam decentius conſequi iurat: alius pallio alius multicio et ſyndone me ornatiorem cenſet: vt in momenta ſolias myrobrechas roſtratas pretextas cetera polymitarum et phrygiorū intextorum tegumenta aut in vnum componam aut ſane deponam: vt neq; peryſtromata campanica neq; Alexādrina belluata tapetia: tam verſicoloria ſint q̄ is cultus quo indies peruarior. Pre. Vt veſtitus eſt perfoſſor parietū. Vſus. Conſpicatus me in tenebris ſiſis: abſtineas manū. Pre. Cedo porro quid ſuram quaſi claudus ſutor obligaſti? geſtaſti nuper craſſas compedes? an cathenis tibi varices intumuerunt: altera tu pernix et expeditus altera mancus es et inutilis. Vs. Hominū nequitia factus ſum nimio deterior. Pre. Qui ſic? Vs. Quia numq̄ tanto impetu curſuram inſtitui quin medio incurſu ſtatim deſerar: & reprobus vt vides mutiler. Pre. Quidum? Vs. Vt clauus clauum hora horam ita vſuu vſus trudit et quaſi moneta noua deterior ſemper eligit. Pre. Es ne tam lubricus? Vs. Hiberno ſudo incertior: quin dum loquimur aliqua ex parte a me diſſidere occepi: geſtuſq; nouos et nouos indui vultus. Pre. Ita videre. Verum interea dū nugas tuas auribus nris modularis: glandio abdomini & cereri facis ferias cum tamen concitent intus pugnam inteſtina: pridemq; eſcariç expeditioni ſignum dari efflagitent: age paucis quo modo iſtec mancipia venum iri mandas. Vs. Sine ornamentis: cū inteſtinis omnibus. Pre. Mirum. Si talis heri mancipia ornamentis impedita eſſent: ac non ea pridem dentibus laceraſſent. Vs. Mirum ni hic nugiuenda me blateramentis enicaſſit. Pre. Pantagathe cedo manū: nam lacte lacti non eſt tam ſimile q̄ tu mihi ita verboſi vterq; ſumus. Vs. At te magnus Inpiter. Pre. Seruaſſit quidem: nam ſi tibi faciat que optem: neq; det neq;

faciat bene. Vs. Vtinam elinguem te surdumq; videam: qui nobis in aurē obgannire hic non cessas: age preconium vel abeas in maximam malam crucē. Pre. Nimis es iracūdus. Vs. Nimis petulans Pre. Vis ne igitur presenter edam preconiū? Vs. Iampridem istuc factum oportuit. Pre. Qui vis me edictare tua vendicabula: et persolas nugas? cui tota saliua e gutture exaruit: et extussire iam nihil preter puluerē possum. Vs. Vtinam animam extussias & fauces cadaueroſas tibi angina obstrangulet. Preco. Nequicq; hic tempus terimus: nā nisi calicem vnū modialem bacchici liquoris sorbillāter exsiccauerim: ne verbum quidem proloquar. Vs. Abi decus crucis prius hercle cicuta letifera siti mitigaueris q; guttulam vnam vappe feculentę extorqueas: propinate obsecro huic barathro vindemiam: quam in colluuiem ventriosam immergat. Pre. Quasi non tota tria quadrātalia ingurgitare soleas venefice: aut si meri odor tuis naribus sit obiectus: nō ad illud propere quasi canis venaticus accurras: ac vulturia inuoles gula crapulosum pecus: quin adstemus altrinsecus tu expectando ego tacendo annum extraxerimus. Vs. Sic ne sit? proh deum fidem: in eam me horā attraxit etas: vt huic ꝓpudio ebrioso pautices saginē? dij me orbent nisi te hoc fuste cōmitigem aut iam absolues preconiū cantherie volse. Pre. Lapides loqueris Apagete omnes linguis: auritam nūc operam expeto. Mancipia istec qui volet lege emito aut qui volet liberali asserito manu: namq; ea nō vitiosa nō morbida pretor addicet. Vs. Vocaliter clama. Pre. Ad rauim vociferatus sum: tu ad chyragram vsq; mercedem dinumera. Vs. Quam? Pre. Fac vt splendeant quinę argenteę minę. Vs. Quod tibi male vortat accipe.

Actus tertius.

Pala. Vsus. Chrysus.

VAle patria. patrijq; lares. valete domestici penates dijq; oēs quor sub tutela patria dnatur: in qua prima viuendi rudimenta exclaui que iucundissime lucis aperuit flenti primordium et in hanc etatem vsq; fidissimis aluit vberibus: valete charissima parentum viscera: valete benefici alumnorum & ꝓceptorr sinus: valete sanctissima amicitie nomina: Tu solus amor exilij destinasti comes esto: si nunq; tuis in castris inuitus merui esto fidus letor oim et erumnarr particeps et subleuator: eamq; statim exhibeas ꝓuestigabilē: cuius desiderio que sunt omnibus preciosissima derelinquo: sapientiam inq; ostende cito. Sed quid est q; circū preconē illū totus circūfundit orbis attonitus? venalia q̄tum aspicio mācipia prostant Pape! Qua vtrumq; forma quibus oculorū radijs? Ex exteris vt opinor ea

asportata sunt regionibus: nam id genus mancipia tellus ista non alit: Eo visam si forsan de Sophię incolatu quicq̃ a mangone queã percipere. Salue barbate: Tun istius formę mancipia venum habes? Vs. Vides preconis opera esse promulgata vt veneant. Pala. Tua ne sunt? Vs. Hoim iiuria in meam assidue redeunt potestatẽ. Pala. Hoim iniuria? Vs. Ita inq̃ nã retineri inuita non possunt: vbi apud suos dños iniustis abusibus mancipant Pala. Sed quę nã regio eis natales dedit? Vs. E diuersissimis ꝓdiere maoribus ingenioq; sũt inter se plusq̃ hostili: ceterũ par fere vtriusq; est vtilitas Pala. Que nã ea est? Vs. Vt heros possessoresq; suos beatos faciant. Pala. Egregia vtriusq; (si vera ꝓdicas) industria qui nã autẽ repugnãtibus inter se natura sexu ingenio tam pares industria & potestate esse credã? Vs. Ex eis melius discès percunctare que voles solerter orationi tuę subseruient. Pala. Adolescens (q; bona cũ venia fiat) sunt quę te rogitẽ: Quo te parẽtes noie vocitarũt? Chry. Chrysus. Elegans certe nomẽ & vocatu cõmodum: generis vero nataliũ & patrię nepigeat seriẽ eloqui. Chry. Si atauos vsq; et tritauos requirat ordo propaginis a vetusto illo Dite Saturni filio duco originẽ: pater mihi aut Phebus aut Mercurius fuit. Pala. Quomodo de patre tam anceps tibi sermo erupit? Chry. Scis oim que in terrę gignũtur visceribus metallo; genitorẽ solã materiã esse mercuriũ. Pala. Iam ab initio scitus & elegãs: perge. Chry. Patriã eandẽ: eandẽ etiã aluũ sum sortitus quam cetera metalla. Pala. Sanus ne es valẽs & corpore solido? Chry. Nulla celi aut grauitas aut intẽperies: nulla incolatuũ loca siue editis in montibus: seu introrsum in specubus cõcaua: sub rupibus: sub mapalibus: sub Ioue nudo & sub puro etheris axe mihi vnq̃ fuere nocumento: penum omnẽ escam oẽm incybatũ auide sumo: nullarũ lauticiarũ: nullo; gulę irritamentorum requisitor: oim autẽ coquus & commẽtor nihil insalubre vitales mihi fibras aut sanguinis meatus noxijs inficit humoribus: sed ad oia vegetus fortisq; perduro. Pala. Ipsa corporis & membro; habitudo haud multum ab oratione tua discidet: nisi q; vultus est aliquanto pallidior. Chry. Atqui cũ oẽs in me inuigilent: egoq; oim votis petar & plurimo; votis in seruiam palloris ne hec iusta est causa? Pal. Iustissima: sed quẽ ob tui vsum tot mortaliũ studia in te conuertunt? Chry. Quia qui me adepti sunt: oim desiderio; compotes: nihil obuiũ: nihil impeditũ: nihil vetitũ suę habent voluntati: oia pro desyderio exequũtur. Pala. Quibus tu artibus istec efficis? Chry. Fundos primũ estuosissimos & steriles: et vastissimis horridos glebis: in feracitatẽ cãpani soli cũ statui redigo: vt neq; fertiles Asię campi nõ culta Phalerni vineta nõ oleę atticę desint huic aruo que semel excolen

dum ſuſcepero: caſulas & craſſa mapalia ſtructuris regiis exorno picturis. Aſarotis expolio thermis hypocauſtis ameno Luculliánis & Saluſtiánis hortis circũcingo vt ad oẽs voluptatis nũeros curioſiſſimũ etiã aim explere poſſint: ſi villicari placeat pecoꝝ armẽtorũq; greges q̃latiſſime diffũdo, melliferaꝝ apiũ cellas edifico: Turdos ficedulas cothurnices mẽſis iſtruo & q̃ſi condus ꝓnius et ꝓcurator peni dulciſſima gutturi vina ꝓpino: vel e cadis annoſis: vel erecẽtibus exprõpta fideliis: ꝓ ſtomachi libidine miſcẽs Pa. Videſis ſodes ne Sycophãtiis mẽdacibus redhibitoriũ vẽditorẽ tuũ facias. Chr. Atq; tuiꝑe iudex eſto: cũ hec fieri ſibi poſtulãt qui a mẽſa ſurgũt ebrii poti q̃ ſuũ repetunt alienũ reddũt nato nemini: qua vtunt oratione? nõne Cſtryſo: opus eſſe dicũt? Pal. Argumẽti tui victoriã tibi ſino. Chry. Namq; oim potentiſſimũ eſſe miniſtrũ aurũ: quotidianus docet vſus. Pal. Ea ne eſt poteſtatis tuę ſumma? Chry. ymo mimam attigi. Pala. Perge igitur. Chry. Si amatoria porro oblectamẽta queras: & venereis eſtues incendijs: quis preſentior huic mitigãde torturę querit internũcius? Cuius quãtum vis pudicę concubitũ meus vnq̃ appetijt herus? qui eius cõpos abiuerit me i preciũ verſo? Pal. Quid attinet igit tantã cupidini deferre potẽtiã: ſi lineas amoris oẽs ſua in manu Chryſus habeat. Chr. ymo ſi neſcis Ego telo cupidinẽ armaui efficaciſſimo & quo ſolum excitat amor: Chryſta videlicet ſagitta: q̃ rigidas etiã ſabinas ieuitabili vulnere ſub pectus ymũ penetrare valeat: et poſcẽti ſine ſupcilio aut difficultate vlla vulgare corpus: ſit ſane lucretia ſit portia dũ veneri: thaydẽ abiẽs reliquã: ego rixas: ego iurgãtũ diſcordias recõſilio: bella cõpono. Pala. An et bellocꝝ tibi curã & gloriã arrogas? Chry. Me belli neruũ Democratię Reges Dynaſtę predicant me ſine: neq; locus caſtris deligi: neq; annona cõportari neq; cõmeatus expediri poſſũt: nullus delectus nullę ſcribi legiones: nulla arma parari: Ego Martẽ adamãthina thorace muniui et cũ cõſilio & auro tota adminiſtrãdi belli ratio cõſiſtat: fruſtra cõſultatione terit tẽpus: ſi miles ob auri penuriã ſtipendio ſuo careat: In prõptiſſima quoq; militum voluntate me ſublato nullus eoꝝ eſt vſus: Nam vnde eis arma ſi aurum nõ habeant: Inde cũ ego terribiles exiui tumultus multo humano ſãguine ferri acie ebetaui cum cedibus & ſtrage omnia cõpleui: modico nutu ad pacẽ animos efferatos inclino gladios excutio: galeas detraho imperatores prodo: preſentẽ victoriam e manibus eripio: et quaſi preliantiũ brachia obtorpuerint: ita aciẽs reſtingere ignauiter facio: Nonne Pub. & Cn. ſcipiones in hyſpania deſeri et ad extremũ iugulari feci? atq; eo vires in bello formidabiliores exerceo. q̃ medius quaſi iudex in vtrãuis accedo partẽ ambiguus ignoro: paulocꝝ momẽ

to huc vel illuc impellor. Pal. Magnificum es mancipiū et cuius viribus ne summus quidē obstet Iupiter. Chr. A bellis digressus ad ciuilia tractanda cōfugio leges plebiscita iudicia quolibet impello testes tabellarios legatos presides maiora deniq; et minora officia meos reuereri nutus: meas obseruare manus iubeo: vt merito aranearū telas leges esse dixerint: qnarum vis columbas vexit imbelles: Coruos aurū olentes venia donet. Pala. Ergo tu mihi solus videris expetendus aurū: per te viui saluī potētes & augusti sumus: per te imperia: p̄ te magistratus assequimur te voluptates oēs te gaudia cuncta comitant̄: generosum edepol mancipiū et nullo precio inferius Chr. Ego vecordissimos ad sacros̄ presidentias & sublimes exedras erigo et cū mortaliū plurimis operam prestiterim nō exiguā qua l̄ratissimi facti sunt et habiti nō nullos adeo meo presidio pollentes feci vt cū rudes ignari indoctiq; perseuerauerint: peritissimi tñ apparuerint honoresq; meruerint vulgo maximos: phana deniq; prophana concessa incesta arę templa sacra: sancta religiosa oia et que etiā ab hoim cōmercio pergētium instituta subducunt̄ meo arbitratu transigunt̄ oia. Pal. Omnia? Chr. Omnia inq̄. Pala. Ergo vt te expetant omnes equū est. Chr. Equum. Pala. Et oim tutor et saluator es. Chr. Omniū. Pal. Et omnibus presto es. Chr. Omnibus. Pala. Ergo oim omne es. Chry. Omne. Pala. Crederē ego istec: sed sordidā tuipsius ostentationē reddis: nec testē tibi ipsi: te leges recipiunt. Chry. At ego testē tibi vniuersū orbē citare possum: afferre tabulas Syngrapha monumēta: atq; oim q̄ quicq̄ vnq̄ l̄ris mādauerūt volumia Poetas hystoricos Iureconsultos Theologos et eos qui sapientię nomē sibi vendicarunt. Nullum inuenies qui nō me reg̃ oim neruū rerūpublicarū columē. Futurę necessitatis fideiussorē felicitatis instrumentū. Regē imperatoremq; oim clamitet ac pro me certatim pugnet. Pala. Ergo efficax adeo cum sis seruus te oportet p̄ dño non p̄ mācipio emere: nā imperator cū sis me quidē seruū si te cōparem te herū esse necesse est. Chry. Ymo vero me seruū si tu imperes si vtaris. Nam si me domi vinctum torpentemq; in tenebris ceu statuā cōtinueris: nequissimus oim futurus sum dñs qui somnū tibi qui cybum qui tranquillitatem auferā qui te tuo defraudem genio: qui te prestigijs & furijs lacerādum obijciā: plurimū eni inter est habearis ne an habeas: tamq; tibi desim si habeas q̄ si nō habeas. Pal. Edipo cōiectore opus est ita mera mihi narras enygmata si te habeam ne habear si te cōtineam nō habeā desisq; si habeā mortalis est graphicus: nimis astutus nimis malus: sed quando in te oia esse reposita conspicor charissima: tu meus siquidē ita putaueris futurus es: vnum tantum responde qua te moneta cōparem? Chr. Do-

lo. Pala. Que est hec moneta dolus? Chry. Notissima et qua sine frustra de me cōparādo retinēdo ve: verba iacis. verū heus: qñ tot me questionibus fatigasti: ne pigeat seruo futurū dñm vnius questionis rationē reddere. Pal. Impetrasti volens rndero. Chry. Dic quo sis noie: et qd est quod accinctus ad iter de seruis emēdis te implicas? Pal. Sū Palamedes tu autē paratū vię leuasti mihi laborē. Nam cū a preceptoribus puer audiuissem: Sophiam electissimę virginē pulcherrimis veras prebere suo cōsortio voluptates: sta tui egomet eā peruestigare: mihiq; adscisere quo inter oēs demū euaderē prestantissimus: inconcusse felicitatis fruēs delitijs: at cū in te reposītos videam fructus eius quā querebā Sophię tā oblatā capessam occasionē: & in tecta te mea recipiā: futurū seruū fidum & obsequentē. Chr. Euge Palamedes: bonis si voles auibus in mercatū venisti hodie Qñquidē illā ipsā quā amare tantopere te predicas Sophiam: hic mecū venalem vides: eccā ipam tu illam cura mecū pariter vt veniat: beatissimus prorsus futurus: si ambo tibi seruiamus: tuq; nobis herus nos tibi simus mancipia. Pal. Id primū curemus Chryse: quo pacto te meū faciā. Nā si te habeā ꝑbū adeo ac valentē seruū: nihil est ꝙ Sophiā querā: neq; sic aiatus veni: duo simul vt comparē mancipia. Chry. Atqui multū in se momēti multūq; maiestatis secū affert Sophia. Pala. Morare paulisper dū hunc a me ornatum abdicem.

Actus quartus. Palamedes Sophia Chrysus.

SI equanimiter verba dicentis ferre posses Sophia: parūper tecū ratiocinatim colloqui glisceret animus: verū cū sub hoc virgineo & reuerībili habitu multa grauitas insita debitū pondus obtineat: hereo ne non satis equa mente nrm feras colloquiū. Soph. Temeraria frequēter humanoꝝ fatigata vertigine ꝑ permisisis colloquijs saxis fustibusq; pulsata ferro etiā flāmisq; lesa: intempestiuę familiaritatis penas dedi. Nā tyrānicis incitati crudelitatibus: cū accersita curiositatis gratia tantū essem: et cōtra eoꝝ libidinē vitia insectarer: sana dicentē adorti variis afflixere tormētis: quare taciturnitatis regulę me supponēs: statui raro inter humana versari colloquia: dic tn: nā officij nri nō est auersari loqui volentē. Pala: Amaui ego te sophia tāetsi cominus nūq; videri: et nūc etiā amare me fateor ac venisse quo te mihi concilie: & si mihi tua sit explorata voluntas: totis enitar viribus vt mea sis: si te talem inuenero qualē isti predicant: qui tā multa tuis laudibus volumina dicauerūt: quare attolle si placet vultū genusq; & originem ede. Sop. Genus mihi ante tpa & celoꝝ cardines: origoq; fuit Ego Celo Museo Lino Orpheo: et ceteris mei inquisitoribus obstetricata sum eodē semꝑ colore viuida nullo senio nullis cladibus depressior: sed ꝑti-

naci vigore infatigabilis oia cõsumo. Pala. Cũ tã vetustã etatẽ adeo recenti decore tuearis facilis est coniectura te frugi futuram: dicito: ancilla mihi opus est que neat: texat: pẽsum faciat edis verrat quotidianũ familię cybũ coquat: nũ ista ꝓcurabis docte? Sop. Nequaq̃. Pa. Nũ vernulas scies mihi parere si te seruo cuipiã cõtuberniũ dedero? Soph. Nihil. Pal. At vxorẽ sal tem comitaberis foris pedissequa. Soph. Ne id quidẽ. Pala. Quodnã igit/ negociũ tibi transigendũ dabo si te emero? Soph. Oia. Pala. Orationẽ istã ꝓplexibilẽ amoue nã inter oia rata nulla cadit ratio. Quid est inq̃ ꝙ peculariꝰ de teipsa pollicerí possis? Soph. Imperare. Pala. Hoc dnoꝝ non ancillarũ est. Verũ tuo exímperio quid mihi nancíscar cõmodi. Soph. Honores/famam/voluptates/diuitias: atq; id primũ ĩperio pareas opus est: quo istũ a te stellionẽ de seipsõ iactabundũ Chrysum ableges: et in eius locum pudorẽ frugilitatẽ ac honestã paupertatẽ inquiras. Chry. Vt scilicet mẽdicitate vitã exigat: & inedia ꝓpetua torqueat. Pala. Mendicitatẽ et cupiditatẽ duo extrema sepius esse audiui proinde vt nota cupiditatis: ita mendicitatis sordes euitãdę: ac parãda res et vtile inquirendũ quo prętermisso de mẽtes et vecordes existimamur. So. vbi studiũ verecũdię est: cupiditas rõni cedit: nihilq; vtile quod parũ honestũ videri possit ducit. Pal. Ymo verecũdia summa est: opũ splendore nõ elucescere sine quibus nec honesti nec accepti alijs simus. Soph. Tota quidẽ erras via si rebelles honestati diuitias cũ verecũdia simul coalescere ducas: pugnant hec inter se natura: frenosq; sapiẽter admonẽtis nõ admittit: qui diuitias parere sibi q̃ maximas ihyat Isq; etiã alieno crescat incõmodo necesse est: qui nullis possessionũ finibus cõtentus: per summã cuiusq; iiuriã latifundia ꝓfert: vsurarũ porro pestilens exactio tibi ne videtur honestior? quę in cõem crescit cladem: et quasi per colluuiẽ in barathrũ suũ cũcta inuergere sitit: quã nõ expleãt insana veteris Mydę vota non aurei pactoli gurgites: quid eni huic satis sit voragini: si nũmus nũmum parit: si propagare & conduplicare se aurũ perfida hoꝝ cupiditas iubet. O inuaterata cõtagio quę specioſis nascens exordijs sctã simul et ꝓphana corrũpit: sordida plebes huili tantũ lucello se nutriẽs multã naturę beneficę grãm hẽt: si agnellũ edat gregis parẽs: iprobi diuitũ vẽtres: aurũ domos ꝑdia fũdos arces: portus telonea parere subigũt: quoꝝ rabiẽ quis sequat exitus si vacet attẽdite ob feneratoꝝ seuiciã plebs Romana desciuit a pribus secessit in montẽ sacrũ florentissimi cõcidere principatus: libertas abscissa ciuiles exarsere discordię: ad arma ad bella nepharia discursũ. Nã hij demũ penates ea ciuitas id regnũ eterno in gradu steterit: vbi minimũ viriũ pecunię cupido sibi vendicat et quo ista generis humani struma penetrarit iiuria dnat ifamia flagrat. Pa. Quos igit possidẽdi limi-

tes prescribis? doliū ne dyogenicū? An Marci Curij bina iugera? quibus rex tenuitas: vix dū sepulturę suptus indulsit. Soph. Cōcupiscētię nō fundis terminos p̄finiri mādo: oia nimirū habet q̄ nihil cōcupiscit: eo quidem certius q̄ qui cūcta possidet: quia dñiniū rex collabi solet: bonę mētis occupatio nullū tristioris fortunę recipit incursū: Itaq̄ quorsum attinet aut diuitias in prima felicitatis parte ponere aut paupertatē extremū malox arbitrari cū & illax frons hylaris multis intus amaritudinibus sit referta & huius horridior aspectus: solidis et certis bonis abūdet: ne ve exēplox te tuox peniteat: Alexāder q̄ cognomē iuicti meritus est: Dyogenis cōtinentiā suę cōparere gl'ię nō erubuit. Si nō essē iquit Alexāder mallē esse Dyogenes: hinc illa nimirū snia Alexander Dyogenē gradu suo diuitijs pellere tētat citius Dariū armis: Curio vero rapas edenti: nōne gl'iosissimū fuit de samnitibus auri refertis: trophea & victoriales palmas reportare? Taceo Meneuiū Agrippā: cui a populo collatis in capita sextantibus publico funere elato: amplissimū in hodiernū diē extat patrimoniū Romana concordia: Quid vlteriore attinet disputatione ceterox Romanox scrutari paupertatē? quibus tituli suax ymaginū amplissimi sufficiētes fuere facultates Ita fabricij ita Emilij/ita cincinnati immarcessibiles meruere coronas: Ab aratro ad censuras consulatus et sūma dictaturę iperia accersebant: immo quos pericula reip. accersebant angustię rei familiaris bubulcos fieri cogebant: Ieiuni siquidē penates modo vitę sanctitate pollerēt: maximum suis dñis erāt ornamētū: nūq̄ etiā seruitutis afflicta est metu Romana pauptas Pa. Facile inter diuitiarū aceruos & vberē oim affluētiā sana pauptas oratione extollit: nulli tñ hospitalis (quod sciā) fuit aut accepta: et si quisq̄ ea fuit insania vt paup esse mallet p̄mio donatus est egregio q̄ ridiculus petierit et miserabilis. Soph. Immo si spōtaneę pauptatis foueas inocentiā: tutissimū vitę gradū assecutus: ea expectare p̄mia debes: que indifficulter ptis atq̄ in lubrico sitis facultatibus nullo euo reposita fuere: hec eni inter priuatos parietes sui secura: i foro ī curia minimę suspecta plurimū potest Quicq̄ p̄cipuis olim magistratibus insigniebant ea dignitatis et fortitudinis eox estimatrice clarebāt: patrię eni rē vnusquisq̄ nō suā augere ꝓperabat: paupq̄ in diuite q̄ dives ī paupe iperio versari malebat: atq̄ huic tam preclaro ꝓposito illa merces reddebat: q̄ nihil eox quę virtuti debent eme re pecunia licebat iopięq̄ virorū illustriū publice succurrebat: Postq̄ vero publicam opulentiā priuata auertere cōmoda: ciuitatum libertates excide runt: Ita Tetrica spartę/ita ingenioseę corruistis Athenę. Pal. Nisi fortunę et nō verbis maior ineſſet fides. Iampridē apud me porasses: nā te audio libenter: Sed nunc is rerum est status vt quē fortunę premit iniquitas: et qui

humilem incolit casam eum omnes odetint eiusq; fugiunt consortiũ. Sop. Quid mẽdicam fortunam quasi precipuum generis humani malum diurnis conuitijs laceratis? quę vt non abundantibus ita fidis vberibus Publicolas/Emilios/Fabricios/Scauros/Scipiones: hisq; paria robora virtutis aluit: nullum egere sinens cui vita continens extorrem ab auaritia vendicarat animum. Exurgite potius animis: pecunięq; aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreetis. Namq; per humile verbi vnigeniti presepium: per sancta iuro crepundia: paupertati talium virorum nullas diuitias cõferri posse: Cui ego semper fida comes Chrysum vt nephastissimum detestor plagiarium: nullo vsu: nullo ornamento suum consolantem possessorem. Sed eius assidue iugulum quasi crudus carnifex eius latus quasi plagiarius atrox petit: cum quo neq; mihi vsus neq; consortium erit vllum mancipem alterum alter hostiliter insectatur: proinde cum res integra est: aut me dilige felicem te beatũq; reddituram aut eum a quo petuis exederis angustijs. Palam. Que nam ergo mihi prestabis? per que beatus felixq; efficiar? Soph. Que dixi honores gloriam: et quam nemo bonus contempsit vnq̃ nominis eternitatem. Pala. Quando? Soph. Vbi facta te his attestabuntur non indignum. Chry. At ego presenteristа tibi & eueстigio conferam: vt qui nũc plebeiam per extrema fere omnia vitam duceis: magistratibus honoribus delitijs voluptatibus affluentem te reddam et cum spectaculis et publicis locis adesse te contigerit: in supremos cauearum gradus conspicuum te attollam: absenti tibi nomen & fidem emerebor. Palam. Potes ne temporis circumscribere modum cum ista prestabis? Soph. Possum. Palame. Quem? Soph. Mortem. Pala. Quo mihi post mortem istis premijs? eorum vsu tum sublato. Soph. Immo istis viuo vti num q̃ licuit: & libis Hercules qui tot monstris terras repurgauit: mortem felicitatis aditum habuit. Palame. Quod mihi felicitatis elogium somniasti? quas ambages verbosa promissione contexuisti? mortẽ esse felicitatis aditum? Soph. Mors inq̃ ipsa solidę felicitatis fundamenta iacit: ante quã neq; felicibus neq; beatis appellationibus: hic impeditus carcer debet irrideri: taceo q; in luctu atq; miserijs mors erumnarum est requies. Quod si preposteram mundanorum opinio felices existimet: quibus ad compendium fortuna indulget: fugitiui gaudij cito penas dant acerbas: Caduca enim et fragilia sunt ista que vires atq; opes humanę vocantur: affluunt subito: repente dilabunt: nullo in loco: nulla in p̃sona stabilibus nixa radicibus consistunt: Sed incertissimo flatu fortunę huc atq; illuc acta quos in sublime extulerit: iprouiso recursu destitutos i p̃fũdũ cladiũ miserabiliter imergũt. Itaq; neq; debẽt existimari neq; dici bona: quę inflictos malos amaritudi-

nē deſyderio ſui duplicāt. Pa. Nō obtuſū adeo pectus ebuit quī gnoſis pol
lere te diſciplinis itelligā: Verū heus: tēpus (vt vetus eſt verbū) reꝫ eſt ma-
giſter. In eā porro ſumus redacti tēpeſtarē: qua is beatiſſimus oim ſuffra-
gijs acclamat: q eſt locupletiſſimus et ingenīū quod erat quōdā auro p̄cio
ſius: niſi fortunę ambitione fulciat ꝓbroſū eſt et egenū: ignoſce Sohia tui
ſemp cupidiſſimū extitiſſe me cōfiteor: ſed cū intēti curriculimetā deſtituis
et te audiā longinqua icerta laborioſa ꝓmittētē egoq̄ p̄ntiſſimi auxilij idi
geam: de Chryſo paciſcar: neq̄ dulcia in annos differam: quodquidem hec
oia preſenter longeq̄ his potiora ſe exhibiturū aſtrīgit. At eni ſi bona cū
gra cōponi vrę ac dirimi poſſēt ſimultates: q̄ ſpectabilē q̄q̄ fortunatū tāta
redderet affinitas? So. Vitę & mortis āte cōflabit cōcordia: nec cū ignibus
aquę bellū gerēt cū huius morbidi nebulonis cōtubernio vniar ad ſeruilia
natus eſt: et vtbilē eius operā cū volā meo iure repoſcam: comunitas inter
nos nulla itercedit: ſi is placet fac preciū abduc nequaq̄ Idcirco fururus in-
iurius veꝫ ſub Amaracino letale tegit virus: ne tibi nō predictū dicas caue.

Palamedes. Vſus.

REuertor ad te vſus: poſtq̄ ego apud me cogitaui vtꝫ ego tuoꝫ mā
cipioꝫ precio meū facerē: nā vtrūq̄ ſimul nō ſuſtunt factionū va-
rietas. Vs. Quoniam vtriq̄ tam ſublimes fauēt animi vt altero ſuas vires
exercēte frāgat alter et Chryſo dnante ſeruiat Sophia neceſſe eſt: ſed quid
habet aceti vterq̄ in pectore? Pal. Immo acidiſſimi. Vs. Quātus eſt Chry-
ſi diſcurſus? Pal. Turbo nō equę citus. Vs. Quid eū in manifeſto deprehē
ſū flagitio ſuſpiceris. Pal. Anguilla eſt elabit. Vs. Et Sophia? Pal. Viſcus te
nax. Vs. Cur id? Pal. Quia ſuoꝫ ſermonū dulcedine ſic aios irretit: ſic ſe in
huūanos affectus inſinuat: vt eius deuitaſſe argutias viri ſit vaferrimi. Vs.
Nō tu es et q̄ chryſo adiuratior? Pa. Chryſi vis eſt p̄ntiſſia cūcta expugnās
Vs. Sed Chryſus precio Sophia cōſilio oia efficit Chryſi conatus plerūq̄
ſūt inanes: Sophia aut molit nihil aut deliberationis ꝓpidę ſic moderat ha
benas vt eius conatus nūq̄ irriti inaneſcāt: & cū ipudētis Chryſi frequēter
ſit reproba largitio precioſi Sophię monitus raro cū rubore excedūt. Pal.
Miſſa iſtec facias vſus: ſatis iā philoſophatus ſū: Chryſo opus eſt: qui mihi
quecūq̄ iperata facta reddat: docto callido verſuto ſua ſibi habeat imperia
ſuas cōſultatiōes Sophia penetrabit vis quo rōcinatio nullos habet igreſ-
ſus: fac p̄ciū dic quo auro Chryſum cōparē? Vſ. De p̄cio belle cōuenerimus
Verū tibi prius eſt adeūdū fortunę Phanū: ab ea ſortē cōſule velit ne emp
tori tibi Chryſū addici: eius hoc eſt mācipiū: diſtrahi alienari ve nō poteſt
niſi ea nutū ſeſumq̄ prebēte: abi: ſcitare oraculum: et eum tabulis et ſignis
tibi emittā protinus. Pala. Bene mones ita faciam vale. Vs. Et tu vale.

Actus quintus.

Palamedes.

O fortuna potens tollere de gradu
Abiectos humili: vel quatere arduos
Que reges premis: & colla minacibus
Astringis laqueis: diruis inclitos
Victorum titulos: celsaq; nomina
Mestis funeribus destruis impotens
Te dives metuit: sive per equora
Mutet divitias: seu stabili in loco
Arces equiparet nubibus editas:
Vna namq; vales turbine perdere
Que sunt innumeris parta laboribus
Orbis tu dominos supplicibus facis
Votis te colere: & ponere turgidos
Fastus: conspicuos perdere vertices
Gaudes: eq; levi tollere pulvere
Depressos: tua se vasta potentia
Terras perq; polos vasta per equora
Extendit: miseras nec refugis casas
Frenos his adhibes calcibus hos agis
Invitos subigis difficili iugo
Parere: et rigidis sedare nutibus
Promptos egregijs muneribus beas
Syncero tibi si pectore servij
Integraq; fide te colui lubens
Chrysum queso mihi mancipium annue
Nostris obsequijs hoc precium refer
Heu cassus veniam ne ve abeam gemens
Diva optata iube fac dominus vocer
Auri: quod rabidam per violentiam
Certatim cupidi condere gestiunt
Si non rejiciat nobilis inclitus
Eortis splendidus & conspicuus ferar
Fortunę merito: Numen amabile
Numen tergeminum solve reconditam
Sortem ne ve meas despicias preces

Fortuna.

Me precibus fruſtra caſſis ignaue fatigas
Non ſic hoc petitur munus ſternenda per alpes
Eſt via frigentes duro ve labore paranda
Incaſſum vexas verbis faſtidia noſtra:
Nil fruſtra largimur: eas quo pigra clientum
Turba iacet: miſeraq; fame torquetur edendi
Vel ſi fortuna ſpem poſcis commodiorem
Alpheum Gryphem: tibi quere per aera qui te
Vnguibus inuictis vehat: ⁊ pontoq; receptum
Ad fati gremium: tranſportet tybridis vrbem

Palamedes Phylotas

OCcidi perij interij miſeriarū oim: infelicitatū oim cumulus oppido me opprimit fortuna ingrata fortuna ſceleſta erūnoſa fortuna dira execrabilis & ꝑfida ꝙbus ī te maledictis? ꝙbus cōtumelijs digne cōuitier? O lena ſcortea: ꝑ tot ego ſeruitijs ꝙbus aſſidue tuas amaui ſortes hoc abs te premiū ſtercorea refero? fors ꝑdita q̄ improbis & tua negligentibus beneficia ꝑdigas effundis manus: que ſacrilegos deiuratos: cunctorum affines criminū exaltas honoribus: quę deprimis inocuos et bene merētes cladibus grauas: hāccine grām obſequēti rependis? vt ſupplicijs tormentiſq; dedas? Hei mihi quē tot circūuallāt anguſtię a quibus erūpere niſi ꝑ mortē nequeo. Phyl. Here: quid eſt ꝙ ſolitā tui vultus leticiā miſeris querimonijs deuenuſtas? Quod te malum tā inopinatū tā inſpiratū oppreſſit? Vn de ſic affligeris quis luctus exedit? Pala. O Phylota in id redactus ſum loci vt ſi omnia omnes ſua conſilia afferant: & huic malo ſalutem querant: non iuueniant. Phyl. Poſſum ne ex te ſcire quod nam ſit hoc malum quod tam incaſtigabile tam importunum tibi eſſe lamentaris? Palam. Reiectus ſum Phylo. Vnde. Pala. Chryſo. Phylo. Quibus tu vadibus Chryſum vadatus eras? cuius conſpectū vix quidem ferre ſoles. Quis te Chryſo reiecit? Pala. Fortuna. Phylo. An id fortunę ſuccenſes ſi quod in arbitrio ſuo liberum habet: poſcenti tibi recuſauerit? quo merito? qua fretus fiducia rem omniū pulcherrimā petere nō erubuiſti? quomodo tā de repente mutaſti ſniam? Vt qui Socraticę frugalitatis hactenus aſſertor indefeſſus extiteris: nuuc ad aurum animum adiecíſti? vbi priſtina diuitiarū contēnendarū conſtantia elanguit vbi frons fortunam ludificans vbi ſapientię nomen? Pala. Ah

solicitudines quę meũ pectus exulcerant: ah semper infirma et fragilis boni capessendi radix: o ad reproba & scelerosa ꝓclíue pectus humanũ. Phy. Quid tantas icerto sermone occulis angustias? quin edis quid tãopere doleas? Pala. Phylota certum est morte perpetratũ eluere dedecus. Phy. Nemo sapiens de morte vnq̃ propria conspirauit nisi vel dolor incorrigíbilis vel ineuitabilis vrgeret necessitas est eni suauissimus lucis aspectus: nec alí quod esse puto tã pregnans infortuniũ quod morte plecti debeat: siquod in te admisisti pristina integritate facinus indignum id imposterꝝ vt corrigas curandum: sera nunq̃ est ad bonos mores via: exurge et imbecillis cõsilij furias abige: edę cuius te delicti conscių accuses. Pal. Sophię remisi nuntium et in Chrysi cõiuraui factionẽ ipsam etiã Sophiã recte monẽtem et casses suppositos paratasq; technas ostendentẽ sacrilegis irrisi cauillationibus an nõ morte plectẽdum videtur scelus et quo meã agnoscas miseriã magis Chrysum cuius fortuna dispensatrix erat quodq; elegerã nõ sum assecutus: sed ab ea ludibrio habitus Sophię simul & Chrysi iacturã feci neu trobi visus ydoneus. Phyl. Mirũ te in hãc erroris labyrinthum ꝓruisse tot sectę veteris ornatũ insignibus: et ad noua defecisse studia. Pal. Ergo morte pensare nephas decretum est. Phyl. Prius oro disce quid sit viuere: deinde sinõ placet: hoc vtitor. Pala. Neq; quo pacto vitam retineam: neq; quo pacto amittam scio. Phyl. Sic te Chrysi inebriauit cupiditas vt eius absentia vitam habeas viliorem? Pala. Insanij. Phyl. Et semel insanire omnibus vsuuenit: sed redi iam ad te Palamedes et noxios affectus qui rationis occuparunt arcem paulisper denubila: vno admisso scelere qui illud alio tegere aut tollere vult quid aliud nisi vorsuram faciens mala malis auget? Palam. Ita est. Phylo. Tu in eo astas lapide Chrysi cupidine occecatus et improbo domino cõsentiẽs preclara monentẽ deseruisti Sophiã: neq; tamen ipsa te deseruit sed vsu malorꝝ experientẽ in hũc cõpegit neruũ vnde erumpere nisi ea duce nõ potes: ad preces igitur ad impudentia cõuersus: ad eam reuertere veniã obtestãs mitior est q̃ vt exorarí nolit: si te non fictis penitentem vocibus animaduerterit errorẽ condonabit supplicium remittet. Pala. Quo eam ore compellare quibus oculis intueri quibus verbis fidẽ facere ausim? Phy. Per eandem quę sui contemptę tam seuera vindex fuit. Pal. Sic ne mones? Phy. I propera vt preoccupanti gratia maior debeatur. Pal. Ibo et eius aduolutus genubus supplicum partes assumam: spero aliquid impetrabo. Phy. Nunc tu sapis.

Catastrophę fabulę. Palamedes Sophia.

Et nymphas habuit mista chorea leues
Saltabat Bromius cũ cornibus: et malesanos
Vrebat satyros nuda Napęa decens:
E medio dolus exierat: nec iniqua simultas
Captabat donis lucra nephasta suis:
Sacrilegus tunc nullus erat: macie Parasyti
Languebant tremula Pantomymiq; inopes
Tum sincera fides animos glutinabat amicos
Officij fenus ingeniosa locans
Pauperię pressos fuerat releuare decorum
Dotibus ingeni pr mus vbiq; locus
Quisquis auarus erat lucrive cupidine captus
Inter Celicolas ille prophanus erat
Inuitabiliter diui Heroesq; solutis
Frontibus: humanas tunc subiere casas:
Gustauere cybos ignaros sanguinis atri
Carica iuglandes coctana poma fauos:
Arbutei fetus montanaq; fraga: secundas
Ornabant mensas vberioris heri:
Luxuriabat ager nullo violatus aratro
Pinguibus herebant tunc melimella rubis:
Postquam terrifico patine rubuere cruore
Cassibus nicantę cum perijstis aues
Escaq; letalis turdos decepit edaces:
Et leporum petras cum petiere canes:
Cum fuit Acteon ventri noua sarcina crudo
Impleuitq; humero viscera sena Ceres:
Tunc abacus liquit populnaq; pocula mẽsas
Mentoris ex opera tunc placuere cyphi
Simplicitas abijt: tectaq; modestia fronte
Exiuit dubias flente pudore domos
Deniq; quę nuper fuerant innoxia dona
Ceperunt vires vnca Celeno tuas:
Ergo inopes cessate manus: cessate poetę
Nulla in tornatis vocibus vtilitas
Hirquatis oculis respectat diues auarus
Si qua manus miseri dona clientis habet

Condideram calamos: Ianus ſermone ſeuero
Increpat: ignaua languide pigritia:
Ordinis iſtius Gryphem damnare potentem
Non pudet? e dia tam male credis aue?
Hoc de te meruit virtutum linea Petrus?
Petrus Apollineę prima columna domus
Cui legum grauitas animat precordia viua
Et fouit proprio graia minerua ſinu
Ipſe apices Regum diuina pallade plenus
Celite conſilio dirigit atq; premit
Ethereus flamen cuius moderamine baſim
Componit fidei viſcera noſtra regit
In quo ſemidei maieſtas digna Cathonis
In quo Ceſarei roboris eſt acies:
Non magis Arpinas Sophiã libauerat almã
Nec ſcieras leges Paule diſerte magis:
Sed quid virtutis faſtigia perſequor altę?
Graios & latios aurea piſa dedit
Et dedit in ſolo maiora inſignia Petro
Quã ſi Cecropidas ventre tuliſſet auos:
Lucifer ergo veni rutilus: vultuq; decente
Ingrediare nitens: in penetrale viri
Et dices: veritus tantum vexare patronum
Florenas: humili pectore mandat aue
Abſtinuit pulſare fores: fert prona voluntas
Sed pudor oppoſitus te reueretur herum
Nuncius ergo veni: Pyliam qui voce ſenectam
Imprecer: optatos et ſine labe dies.

Finis.

SI pudori nr̄o locus: si errori excusatio si delicto venia superstit ad te redeo Sophia: spem consiliū auxiliū expetēs: Itaq; demissus et mentes tuā obtestor clementiā cuius profunditas quemq; penitentē obuijs excipit vlnis: et beneuolo castigamie consolat̄: vt erranti et errorē fasso pristinę aperias innocentię cōfugiū: ne ve perpetuis eū sinas erroribus fluctuare qui te sinceris olim p̄cordijs inquisiuit: da veniā lachrymanti Sophia: et defectorē ad ducē suū reductū transfugā ad castra reuocatū misericordi excipe gremio: si quod tā atroci facto congruat supplicīū nō deprecor. Sed si delicti grauitas omne ignominię examen egredit̄ solitos pande clementię tuę recessus: vela benignitatis aperias et in tuos rescribe ordines futurum constantissimū et acceptę vitę debitorē: Quod si desertor et quantū in me fuit tui ꝓditor extremos infamię calculos sum cōmeritus: & ab signis tuis perpetuo exclusus carnificē emitte qui spiritū odibilē et despicabilē cū sanguine exterminet aiam. Soph. Nequaq̄ adeo pertinacibus iracūdię stimulis incitamur vt ad vltionē statim & penā rapiant̄ p̄cipites placidiori longe moderamine nr̄i vlciscimur desertores quo si penitēdo seuera cōprehenderit: Iustas in se exigūt admissoꝝ penas: Si ꝓuicacis culpę sequant̄ impetiginem pena eos presens in oportunū sui explicandi tempus obseruat: nos vtrimq; perstamus innoxię nec vnq̄ a proposita vitę tranquillitate discedimus: ab omni passionū eclypsi segreges Quā vero insipienter te perditū ire volebas dijudica: qui fortuita reꝝ infimarū instrumēta: beatitudinis in se aut felicitatis habere copiā arbitrabare: cū viuenti nemini nomē hoc beatitudinis cōcedi debeat: q; ad vltimū fati diē: ancipiti fortunę mortales subiecti sint: Neminist in q; ad inuidiā vsq; Polycratis Samioꝝ tyranni abundantissimis bonis cōspicuus vitę fulgor excessit: nec sine causa: oēs eni conatus eius placido excipiebant̄ itinere: spes certū cupitę rei fructū apprehēdebat: vota numcupabantur simul et soluebātur: velle ac posse in æquo positū erat. Sed hūc cuius felicitas semp plenis velis prospeꝝ cursum tenuit Orontes Darij Regis prefectus cruci affixit. His oibus locupletissimū extat exēplum: post suprema tātū funera felicitati locū esse: stolida vero mortaliū cecitas presentibus victa blādicijs deum excelsū importunis vexare querelis non cessat ea petens que neq; profutura neq; congrua sunt. Eteni densissimis tenebris inuoluta mortaliū mens in q̄ late patentē errorē precationes tuas spargis? diuitias appetis que multis exitio fuerūt: honores concupiscis: qui plures pessumdederunt: regna tecū ipsa voluis quoꝝ exitus sepenumero miserabiles cernuntur: splendidis cōiugiis iniicis manus at hec vt aliquando illustrant: ita nonnunq̄ fundītus domos euertunt: de-

ſine igitur ſtulta futuris malorum tuorum cauſis quaſi felicíſſimis rebus inhyare/teq; totam celeſtiũ arbitrio permitte: quia qui tribuere bona ex facili ſolent etiam elígere aptíſſima poſſũt: Quod attinet vt delicti perpetrati veniam referas: libenter quodcumq; eſt remitto: & quo profuiſſe tibi noſtrę indaginis laborem experiare míſerum hunc Chryſum qui te tam diris peſſundedit angoribus tuo ſuppono arbitrio eo impioſus vtere nullo ocio nulla quiete marcere ſinas: ſed in vſus honeſti rationes diſpenſa. Pala. Habeo gratiam Sophia: Sed quo mihi oblatum Chryſi commercium: niſi tui particeps et conſors euadam? Soph. Nullum capeſſendę virtuti et preclaris artibus ydoneum refello: ſi ab rerum fragiliũ aſpectu tibi reſederit animus: tua indiſſolubiliter adherebo maximis te ac perq̃ opimis replens facultatibus. Sín me propter alia expetas indignitatẽ tuam execrata deſerã. Vs. Quid igitur ceſſas abducere? Pala. Siquidem precium feceris. Vſus: de precio poſtea conuenerimus: Ne expectetis dum exeant tranſigentur intus reliqua: Valete & clare plaudite.

Finis.

Ad eundem clariſſimum Dominum Petrum Gryphum Remacli Strena.

IAne pater bifrons exacti terminus anni
Aduenias felix fons & origo noui:
Te facili victu veteres celebrare ſolebant
Letaq; votiuus feſta colebat amor
Poſtq̃ ſigniferum Phebus decurrerat orbem
Heſerat et tropico Gnoſia capra tuo
Tum fuit impoſitos vrnis numerare lapillos
Norma: vel infami vel meliore nota
Venerat et ſiquod leuo de numine damnum
Prima fuit ſacris cura piare focis
Muneribusq; ſuis diuos ornare fauentes.
Flammifero cecidit victima multa Ioui
Compede tum rigida ſaturnus liber ouantum
Ter clamabat Io: ter repetebat Io
Ebria florales agitabant compita cenas
Paſcebat faciles ruſtica menſa lares
Et Genij molles veniebant et Syleni

Clariſſimo Iuris vtriusq; Doctori Dño Petro Grypho patritio Piſano Sedis Apoſtolicę in Britannia Legato et collectori Remaclus Florenas Sa.Plu.Dicit.

Dlo magiſq; erudito operi te inuoco piſſime idē & eruditiſſime doctor: elegāter dicere pauci: pie pñt oēs. Quodquidē vt eſt camenis opus oppido dicabile ita & agreſti venę minime par: Eo vultu quo cetera queuis exiguas noſtri laboris primicias applaudere ſi non recuſaueris in ea me feliciū vatū parte recenſere non dubitē qui Phebo digna locuti noīs eternitatē et ſibi & alijs pepererunt indelebilē: pollicitatio ſane non humilis ad tantā preſertim operis ſterilitatē: Ceterū huiuſce noſtri edificioli tu fundamen eternitas columen mauſoleis Coloſſis Pyramidū faſtigijs equiparabile: Quandoquidem ad hec nra tempora veri conſeruatrix perduxit antiquitas nonnullos ſcriptos vix mediocriū lucubraciunculas qui de ſeipſis bene meriti: necnon p viribus poſteritati conſulentes: aliquid pepere re conatu licet exili nec tam pregnāte materia: dignis tñ inſcripſere ſuos labores: hinc cedrum ſūt meriti: & annoſa caries timuit inuadere: quibus nec anni cōpluſculi pepercíſſent: niſi mecenatū ſedulitas durabile neſcio quod robur attuliſſet: Sed heu Sybaritę nūc & Ariſtrarchi ſoli iudicant Remq; habet res litteraria cū Momis & Thymonibus: Plurimi hercules refert: natus ne ſis ydoneū reę tuę iudicē cui nec dens malus inuidere poſſit: nec mordentiū calamitas: ignorātię nebulam offundere: Senatū porro ſcriptorum vt viri ſacra Cereris ingredi ſi nō ſum veritus citra tñ ingenij palmam aut vllam eruditionis confidentiam: ſine vlla mica ſalis (q ait epygrāmaticus) prefata beneuolentia: digniſſime iudex indulgenter cōcedas opus eſt: Non effecit animi vanitas: nō glorię ambitio: qua vatū ferme genus paſcitur: Sed q tales oculos tam acre et expeditū ingeniū Palladis mammis educatum: & vere inter Palladios alumnos prelatiſſimū iubar illepedus accedere formidabam. Quis enim adeo ſaxeus adeo ſtipes tam aſininus eſt vt virum extra omnem ingenij aleam collocatum non ſaltem aliquo fuco diſſimulās adire preſumat? Huc accedit q ſi in ordinem a te cogi nos cōtingat: pauperiē inſulſi poematis cito exauthorabis niſi catello (cui villa nutricata eſt) remulcēte cauda luſitaſſe tecū p̄ſit: fateor ingenuę (nā quis eat ifficias) non dico ſublimioris cuiuſq; Sed ne mediocris quidem poetę (ſi certe mediocribus pateat ſubſelliū) ſcalas poſcere auſim: Iacet ſtilus noſter: languet oratio velut implumis humi ſerpit: non paſta non baſibus non Athlantibus oratorijs eminens: non gemmulis poeticis expolita nullnm Genium

nullam habens venerem: ieiune insucciđe se ingerit vt neq; prosit neq; delectet: Videbor igit amens & elleboro sanandus: quē scripta superioꝝ primitus imbibere tedeat: q̄ noua condere & sub incudem enormes ferire massas Inquies est nobis ingenium & in dei edibus laborasse nihil prophanū arbitror ijs presertim qui ocio abundant: & cui sanguis integer ad laborē pol licet ydoneos. Lycurgū certe legimus imperādi scientissimū: ne sparthana Iuuentus missionis licētia catulliret: in immodestam ve prorumperet lasciuiam: si quando bella domi cessarent: agricolationi victusq; parcimonia eā domuisse sicq; bn̄ instituta republica: fortissime ciuitatis muros adolescentes predicabat: vtpote a quibus non vallum non agger arcebat hostem verum egregij Iuuenes & bello viuida virtus sibi erant propugnaculo muri sepimentiq; expertes: Castrensem hanc disciplinam & in litteris obseruandam ratus: & Pliniana impulsus sententia dicente eos qui voluptatibus diti quasi indiem viuunt viuendi causas quotidie perdere qui vero posteritatem cogitant: et memoriam sui factis extēdunt: nullam eius mortem nō repentinam esse: circum tandem ingressus sum perdendiculum in te o luculentissime censor transferens: vt si quis forsan equo rigidior: me leuitatis & ignorantię postulet: acerbe actioni vim detrahas: & clypeū tuę dignitatis obijcere nō secuses tuęq; prudētię delicias nr̄o peruigilio adhibere vela summare ea immittere ne pendula & flaccida: ne restricta et salebrosa sint: Vt es enim ad omnia pius / clemens & tractabilis: ita clientulo tuo defuturum te nullatenus existimem: Et cum austerissimam heraclíti frontem aut Photionis grauitatē p̄ te feras: virtusq; tui miratores ituitu magis q̄ gustu veluti precoces fructus oblectet: nihil est tuo candore compositius / nihil iucundius / nihil ordinatius: quibus meritis cū totius orbis anchoram Romanum pontificem tibi sic deuinxeris: vt omnium fidem erga te summam habeat: Intimaq; eius precordia cōsyderatissimo pectore contineas: & certissimo (cum fert vsus) enuncies oraculo Britannicę expeditionis functionem: quę sane cunctos arrexit: omnium expectationę syncerius & gloriosius exequeris: ac de te optime opinantes factis superas: affabilitate modestia domestico receptu nulli procerum inferior: magnificentia & artificiosissima gerendoꝝ sagacitate prudens & illustris. Quare non grauius Herculeo collo pondus insedit: ita tot impendent tot incumbunt eodem vultu eadem animi tranquillitate obeunda: vt sufficere ad innumera sit mirabile: sed inter strepitus quotidianos eandem aspectus leticiam tueri longe sit mirabilissimum: In coniuratione quippe negociorum: nihilo plus a tranquilla serenitate deturbaris: q̄ si feriales assiduo tibi fauerent inducię: nun-

q̃ es vultuosus nemo tibi importunus nemo mestus a te discedit: In princi
pum conspectibus optimam vitę portionem absumpsisti. Res Apostoli=
ca sepius per te feliciter gesta cūctam tibi missionē inuidet: At inter fami=
liares tuos adeo tetricę frontis proi, cis supercíliū: vt cōmodior ne ipse qui
dem Rhoscius extiterit: seruatis imprimis decori limitibus: Quis vero ce=
litum religioni heret obnixius? quis olympi vehementius ardore flagrat?
cui summus ille spiritus in animum induxit: nihil non diuinum nō celeste
non empyreum meditari. Longior sim si in catalogum redigam quot ali=
mentarios per Anglię achademias ab iniuria subleues inedię: quot amplis
simis donatiuis ꝓsequaris et tyrones & veteranos: vt in ratione dati & ac=
cepti calculum equissimum fortunę offeras: egenorum necessitatibus im=
partiēs: quod tibi supesse ipsa voluit: satius reputas aureos loculos in phi=
losophię classes impendi q̃ flagellantis archę rubiginę corrodi: Qua in re
maxima etiam tuę laudis materia enotescit: nam id quisq; prouectiore iam
etate maxime probat: cui a puero assueuit: ergo cum doctorum omnium
sospitator sis & numen: doctissimum esse te necessum est: cuiusquidem do=
ctrinę adminiculo quę te gens oratorem de rebus arduissimis non audiuit
quem extraordinarijs legationibus honoratiorem esse voluerunt Roma=
ni pontifices Innocentius Alexander atq; in libertatē Italię: quodam no=
minis presagio celitus consecratus Iulius? Ad generis porro tui antiquita
tem: maiorumq; tuorum auspicijs administratam Pisarū Remp. nō est q;
transeam nisi Cornelio tacito & Suetonio tranquillo tuorum natalium as=
sertoribus aliquid adijcere me posse putem quod esset non minus ridicu=
lum q̃ arrogans. Superfluus igitur ne sim et epistolaris angustię finibus
non contentus presentis epistolij petam vmbilicum merentemq; simul &
exhylaratā Parthenicē nr̄am tibi viro optimo numcupabo: carmē sane mi=
nus politum minus examinatum minus pensiculatum ceterum si laude di
ligentię sue careat/gratia celeritatis placiturum spero: tantiq; futurum q̃=
ti tu fauendo feceris. Vale ex Museo nostro Londonij Nonis Ianuarij.
Millesimo Quingentesimo duodecimo.

Dimeter Iambicus ad eundē.

Doctoris argutíſſimi
Fores ferire laureas
Paro: meum q̄ principem
Donare dulci venula
Iam menię ploramina
Cęo reſperſa pectine
Cedant: biceps ad hos modos
Pernaſe delphico deo
Accede plenus: tinnulum
Ebur manus adimpleat:
Non angulis promuſcidum
Sed lene: te iam fidem
Gnarum: quod orpheon ſciat:
Petis mihi tecum rei
Quid ſit? poetan inſcius
Delphos vocatos audeat?
Opus tuo eſt ſuffragio
Gryphi viden faſtigium?
Pro quo caracter aureus
Cononis alti cernitur?
Lyreq̄ doctus artifex
Columna perſtat ardua
Duo tibi ſunt principes
Piis rogandi vocibus
Edes vt iſtas annuant
Intrare vatem pauculum
Si forte mox receperint
Caput tuum denubila
Veſtes: & omnes ablue
Sordes: capillus ardeat
Nytori compti cynthij
Venuſta recte ſyrmata
Venuſtulis emblematis
Statim receptus limine
Semidei petas grauem

Vultum: viriq; nobilis
Toreuma ſpectans arduum
Genu reflexus addito
Sinu potente proferas
Noſtri libelli carthulas:
Munuſq; adornans laudibus
Addens. Poeta maximę
Puſillus hoc vates tibi
Mittit. tibi terſiſſimo
Serena frons breues legat
Odas: medulla diffluens
Tenella deſunt cynama
Aedon augur promulus
Amena voluens guttura
Et iuge ſuadens gaudium
Colit nemus. vel fontium
Rigante dormit margine
Quare precatus reſpuit
Meos amoris immemor:
Tandem retorquens lumina
Spopondit exorabilem
Tuum leporem candidum:
Iterq; ſuaſit pauido:
Scis eſſe vim mortalibus
Breuem: voluntas efficit
Vt nulla vitent pondera:
Aut ſarcinas difficiles
Hoc incitatus augure
Memor Promethei quidem
Caucaſeo qui vulturi
Immeritas coquit dapes
Quod e polorum culmine
Fomenta flammę traxerit
Ratem ſubegi ſutilem
Intrare fluctus algidos
Dicando fetus plumeos
Quos ala caſſa ſuſtinet

Vero ſcientię patrí
Vírtutís almę preſidí
Sortís ſecundę corculo
Dolatíles verſus parum
Cenſura nutís atterat
Et iugulí parcas víjs
Exaugeat tuus fauor
Sí que canentí ſit charís
Líuorís atrí guttura
Nodo lígando tríplící.

Ad Mariam Prefatio.

TIllicus almífluas ꝓpero nūc pauper ad aras
Herboſo reuocans gramína ſtrata thoro:
Híc date verbenas caſíam dulces hyacínthos
Et víolę fragret frons medícata rubrę:
Roſída ſolſtícij tellus nunc germinet herbam
Purpureo cuíus palluít ore deus
Caſtus odor fractís altaría pícta caníſtrís
Imbuat: & tenuem ſecta columba rogum:
Delícioſa fluant preſentíbus orgía díuís
Fígaturꝙ rato: noſtra tabella tholo:
At quas delítías? non íllecebroſa vocamus
Fercula: non mixtís ebría vína fauís
Caſeus exíguo conſtrictus lacte ſuauís
Fecundí ruris pabula grata ferat:
Afferat exílís deceptum línea píſcem:
Quíppe decent humíles talía dona caſas:
Vírgo veni: nouus íngredíor delubra ſacerdos
Spes hominum conſtans ad tua ſacra veni:
Pectíne nunc trémulo vocales edere cantus
Phebe decet: tremulam plectere rite fídem:
Flecte decens oculos. calamoſꝙ ínflare memento
Qualíbus ornaſtí prelía prima Louís:
Cínge tríumphalí cantantía tempora lauro
Thuſcula dum fumant: ad mea ſacra veni:

Sed comptus nitidusq; veni nunc pallia nectas
Aurea: flauentes et bene pecte comas
Non pudeat virgo viridi discumbere in herba:
Arboris vmbroſę qua cadit vmbra tenax:
Lenis alit platanus geniales frondibus auras
Odryſnum referet garrula vulnus auis:
Pſitacus & latitans applaudet voce ſonora:
Mellitos Ephyrę doctus inirę modos:
Verſibus incultis deſit ſi nuda voluptas:
Blandaq; ſubducta ceſſerit arte venus.
Sponte animo fauiſſe velis: non hec mihi mens eſt.
Vt taceat fletus vena parata tuos.
Nos quocumq; loco nos omni tempore tecum
Flebimus: eſt leuius flere duobus opus.

Puer tenerrimus Iheſus poſt ſeptimū a natiuitate diē innoxio cruore mutilatus eſt tollendo veteris hebraicę legis typo.

Soluerat intactę fecundam virginis aluum
Criſtus: & in ditis bella parabat opes:
Cum vaga Iudeę recolens ſolennia ſectę
Mater obit legis iuſſa verenda ſacrę
Mos erat hebreis iuuenes recutere puſillos.
Et maribus tenerę ſumma ſecare cutis:
Octoadem vt primā modicus compleuerat infans
Ac fuerant ortu membra leuata graui
Ire ſacerdotum lex ad precepta iubebat
Dura: per & cultros tingere ſacra truces:
Hoc erat indicium: furioſę tundere carnis
Prurītum: ignigenę flagra domare facis:
Nam facilis rapitur calce oblectante iuuentas:
Effluit in luxum nec bene firma leuem:
Vt viburna ſolent rapidis agitarier Euris:
Voluitur vt modico pondere lenta ſalix:
Primus in hoc ſchedio pollens memorat Abramus
Inſculpſiſſe rubris ſigna cruenta notis
Iſacus inde pius ne tantus abire caracter

Posset init magno castra locata patre
Hinc solymi ritus nabatheaq; sacra fuere
In mores sensim conualidata bonos:
Signa pudoris enim gladio mutilantur acuto
Hanc peperit penam noxia prima patris:
Nescia cum tristi laxauit guttura pomo
Gnarus vt abiecta simplicitate foret:
Et veri iustiq; tenax: vt numina clari
Orbis: vbi eternis motibus aura fugit:
Sensus hic inflexit mortali in gente malignus
Exitialis habens vulnera dira notę
Vt tamen in culpa subsit medicamen amara
Ne ve cadant omnes in Phlegetonta nigrum
Ceditur orbi parens afflicto corpore Ihesus:
Et patitur nostro debita damna malo
Ast bifido sub calle natat pia causa doloris
Et tegit ancipitem semita plana dolum:
Fallitur hic Pluto nostrę nimis inuidus arci
Egregijs orchus luditur insidijs
Cum natura deum lutea sub ymagine clausum
Nesciat humani pondera ferre luti:
Vt lachrymas oriens fletusq; effuudat amaros:
Heu quibus elati dotibus erigimur!
Pro risu lachrymę: pro censu questus abundat:
I nuuc: atq; odijs vrere fluxa caro:
Tu pia mater ades: lachrymoso lumine natum
Respicis eq; oculis gutta profusa cadit:
Nam licet in thalamo maneas consepta pudico
Vt patrum leges iuraq; scripta iubent:
Corde tamen repetis nec mentem vulnere fraudas
Vagitus pueri mutua consequeris
Hoc adigit vulnus valido tua viscera cultro
In partes geminas finditur ipse dolor
Scinde precor tetram genittix purissima labem
Nec feriat mollis lubrica corda calor.

Seuiente in innocentes Herode Iheſus per matrem Angeli officio in Egyptum tranſportatur.

Rabies homini dominandi innata creato
Purpura quid fallax bella cruenta moues
O tetrarcha ferox matris damnabile monſtrum
Heroum peſtis: Regibus opprobrium
Herodes animo feritas quid torrida ſuaſit?
Tygris hoc hyrcano cernere nolit agro:
Non lupa/non ſerpens: biduo non paſta leena
Horret apes frendens funera facta nimis
Impie quid ſeuis ira bacchante lycaon?
Scilicet vt pereant viſcera nata deo:
Enatat immerito ſanies concreta cruore
Mitis erat progne cum lacerauit Ithim
Et ſi Phaſiaca frater conciſus ab ira eſt:
Barbara Colchis erat ſegnis amore ſoror
Quid referunt toties Phebi latuiſſe coronam
Vidit vt argiuę fercula dira domus
Meſta Rachel plorat gemitu quaſſata ſonoro
Abſentes natos femina victa gemit
Sanguineis creſcunt rubicantia flumina riuis
Muriceum protheus obſtupet eſſe pecus
Nympharumq; chori liquide ſub Doridos antris
Deplangunt tingi ſanguine corpus aquę
Tethys ineris pigro contracta pauore rigeſcit
Mutati ignorans monſtra pauenda ſeculi
Perge miſer gladios in viſcera condere matrum
Ac ſepelire truci pignora parua nece
Nonne vides celum nigro minitarier axe
Te ne mouent toto fulgura miſſa polo
Letifera queris regnum ſtabilire ruina?
Ah nimis audaces ſceptra leuant animos
Quid facies ſi bella tonent horrentia Martis?
Spes regni perijt ceſa Iuuenta iacet
Miles erit tumulus: nunquid reuocabis ab Orcho
Imbelles vmbras: tartara clauſa manent.

Consortem regni metuis ne vasta potestas
Et necis & vitę te pereunte cadat.
Ecquid fatidico formidas omine vates?
Hic & Cumano Rex erit ore potens.
Rex erit: & sceptri rutilo spoliaberis ostro
Incassum ferro presidę poscis opem.
Aspice conuexo patefactum cardine celum
Coniurata suo funera narrat hero.
Ad Pharon abripiť Macedū petit inclita regis
Menia: & illustri nobilitata Lago.
Indue cassitum stimulanti Gorgone Martem
Instigetq; tuas seua Megera manus.
Quis tibi tūc sensus flos o nitidissime? quando
Liquisti exilio tecta paterna vago?
Magna retardabant longę dispendia terrę
Atq; alio populus Milicus orbe manens
Quid non tentasset magno qui bella gerenti
Posse mori docuit nulla sepulchra dedit?
Grassatur tota rabidus regione satelles:
Hic furor in nato causa timoris erat.
Excessit facies: mortisq; simillima facta est
Concussitq; tremens pallida membra metus
Iussa senex peragit: prospectas Isydos arua
Arua peregrinis obsita littoribus.
Te Rumphea quatit mediū per pectus adacta
Quis: nolit tantis fletibus oro quati?
Me doceas rigidum liquefacta flere querela
Exiliq; mei ferre decenter onus.

Perditus a mīre puer iā etate maturior cū insigni etatis ostēto legisq; pitoq; obtusitatē apuit.

Hvc solō accelera quē iactat achaia mēdax
Et comites senos aduche si potis es.
Regius en infans achademi nescius altę
Discutit abstruso docmata clausa pede.
Quid plato miraris? quid stoica turba fathiscit?
Gorgoneumq; putat se pepulisse caput.

Tu Conon abſtineas ſinuare enygmata legum
Legifero ſeruit ſanctio queq; deo.
Forſan & illuſum metuis te demone falſo:
Facuudum ignorat vana Mathelis opus.
Eſt pueri doctrina fluens: vberrimus annis
Pallados hoc ſpecimen theſpicidumq; pater.
Amiſſum genitrix rutilo celeberrima Celo
Querit: & ambiguo corde relicta labat.
Cuſtodis male cauta putat ſe nomine captam
Deliciaſq; deum meret adiſſe polos.
Tu quereris mater longo defeſſa viarum
Calle: piget Solymos nec repedare lares.
Nomine quemq; vocas: memora dulciſſime natum
Videris? an quiſq̃ ſuſtulit inque meum?
Effigiem neſcis? Iubar hoc circumſpice Phebi
Purior eſt vultus: ceſarieſq; nitens.
Maieſtas auguſta viget: reuerenter in illum
Spectans: diuinum dixeris eſſe aliquid.
Dulciloquus facilis mores ſpectatus ad omnes:
Comis: & in geſtu gratia mira bono.
Quicquid agat decet hunc: odit leuitatis ineptę
Luxus: quos petulans ſepe iuuẽta colit.
Eſt aliquis qui te penitus gemit eſſe dolentem:
Humanęq; tuis fletibus afficitur.
Et ſecum: quid ineſt hinc tanti maxima luctus
Cauſa? quid aduerſi te dea vera grauat?
Fac me particpem: diuiſa anguſtia vexat
Mitius heu cogit te reticere pudor.
Afflictum vicinus amet: mortalia lucra
Nil homini proſunt cum pietate vacant
Pergis & indomito merens confunderis eſtu
Sepe ſenem vocitas exanimata tuum.
Natus abeſt: quem nulla parens te demito lectam
Paſcat & ornato membra locet thalamo.
In celum liquidos etiam promittis ocello
Hos tamen in terram reijcit ipſe pudor.
Te ſegnem perhibes: indignam pignore tanto
Et curę vigilis ocia parca probas.

Occurrunt linguę ſublimia verba politę
Et quod ſydereo manat ab ore melos.
Interdum ſuadente animo contacta labella
Spiritus vnde ſibi fenora magna tulit.
Efflagitas votis: quos regia celſa miniſtros
Deſtinat: o ſuperis ebria delitijs.
Da mihi parta ſalus: ſic deuia luſtra ferarum
Neſcire: & mundi labilis inſidias.
Da mihi fedifragę ſpelea excedere vitę
Corporis errores da ſuperare truces.
Incolumes valido vigeant in corpore ſenſus
Famaq; liuoris neſcia tartarei.
Nec firmum mouiſſe pedem nullamq; ruinam
Ferre nec extrema pauperie ſubigi.
Laber vt etherea potiatur ſpiritus arce
Sordibus & nullis vita moleſta fluat.
Multa cadunt quibus atterimur: Labyrinthus opaca
Exhibet incertis certa pericla vijs.
Ingenuis & ſors nunq; virtutibus equa
Immeritos vexat ceca nouerca viros
Hanc arcu confige tuo: ſtabilita reſidat
Vita: nec infami ſe pice commaculet.
Tu radios expande tuos & diſcute noctem:
Gaudeat vt metis hora ſuprema ſuis.
Ne ſolymis rediens quando commercia vitę
Linquet in hoſtiles ſit relegata plagas.

Crucem baiulans Ieſus matri occurrit: membrisq; totis in terram collapſus conſternatam pariter genitricem intolerabili dolore contemplatur.

IVdice corrupto penitus damnaris: & vltro
Plecteris horribili Criſte benigne trabe:
Dire Pylate ſcelus ſcis te patraſſe nephandum:
Quam fuerat ſatius vincla latina pati:
Que leges: que iura ſinunt addicere morti
Innocuos: nullo flagitio ve Reos:

Syngrapha que mandat: quo teſte euincit agnus?
Fiat vt inferno victima tanta Iouí.
Inficias iſtí quicq̃ rationis ineſſe
Vnde fores iuſtí trux homicída dei.
Iraq; non valuit recutiti feruida cetus
In falſas animum ſollícitare vías.
Non blandę voces non gratía profuit vlla:
Forſitan & donís te moderatus eras.
Cum trutinata daret rectam diſcuſſio lancem:
Staret in intuitu fuſcína Iuſta tuo.
Plebs veſana fremit mendacem tolle prophetam
Se picti dominum predicat eſſe poli.
Cautius indagas que morti occaſio ſubſit
Conuictum perimat legíbus vſa ſuís.
Quid non ambitio vecordi ſuſcipit auſu?
Hęc eſt iuſticię ſumma nauerca ratę
Ceſaris hoſtilem te non petís eſſe tribunum
Poſcitur eterni lex inimica dei.
Vulnificos relígat faſces Lorarius atrox
Exertaſq; manus vlmea pompa replet.
Lora crepant: funes nodo torquentur acuto
Fígitur heu nudo longa columna viro.
Saltem ſeruílis punitor reijce penas
Explebit melius ſeua ſecuris opus
Iſtius potes eſſe reus: te ciuicus ordo:
Arguet: ingenuos verbera nulla domant.
Interea verſat rigídos gens cruda lacertos
Verbera lamentis míſta licenter obit.
Nec lachrymę quę ſaxa mouent mouere cruentos
Artífices: tanta ſeditione furunt.
Marmor erat totum quo flebílis aula nítebat
Id plumío magnas rore profudít aquas:
Et ſtímuli & virgę ſucco maduere relícto:
Et dominum faſſa eſt humída terra ſuum.
Impíus adſiſtit flagro reſonante Pylatus.
Et tenet ín mediís lumina ſícca vadís.
Conciderant laſſis ferientum brachía pugnís
Et cruor ín toto corpore nullus erat.

Sed ruber in patulam murex perfluxerat aulam
Calcant infames picta asarota pedes.
Saltem perculsus tantis plangoribus: ante
Intuitum plebis sistis inique deum.
Ecce flagellatum lacera cute cernite Cristum
Si pietas vlla es parcite cum sit homo
Ecce homo: nec fontes grauius torměta flagellant
Cernitis afflicti vulnera multa viri
Marmoricus fertur predas tolerare iacentes
Ne leo discerpit supplicis ora sui.
Sponte tacet: lachrymisq; madens sua fata morat:
Heu pudeat mitem sic lamiare hominem.
Iudicis inclamat pietatem turba dolosam
Concuteris vento ficte Pylate leui.
Crux humeros inflicta quatit: iuga celsa petuntur
Qua redimit fassum conscia turba scelus.
Cōpita lata sonant, pperat plebs sedula gressum
Spectatum pueri turba pusilla volant.
Hic est fatidicus: qui funera Lazaris ymo
Excussit tumulo: mortua membra leuans.
Quid portenta iuuant rapiet Caluaria finem
In cruce sublimi flebile stabit onus.
Dant aliqui laudes regerunt opprobria multi
Hic dolet ast alius gaudia plena trahit.
Dumq; ea seruarent fragilem spectacula plebem:
Ac gemeret variis plena platea sonis.
Occurris nato socio comitata Iohanne
Et properas luctus virgo grauare tuos.
Illicet intuitu Cristus confossus amaro
Dissipat effracto membra soluta gradu.
Pauca loquens: solymę ne me plorate puellę
Exaturent madidas funera vestra genas.
Olim luctiferos querulę plorabitis annos
Et fuerit faustum non peperisse nimis.
Dixit et in fedam voluuntur membra paludem:
Tu sequeris paribus obruta virgo vadis.
Spumea sanguineum dant torcularia rorem
Cum terit insignem sarcina vasta botrum.

Perſtet apud memores veteris fac gratia caſus:
Diua: ſed ex oculis elice fontis aquas.

Opifex rerum pedibus & palmis Cruci affixus ſcrobe in ſaucio pectore aperta: virginem matrem virgini Iohanni commendat.

PRogredit furioſa phalanx & viribus orbo
Cogere ſuppetias languide ferre ſenex.
Fortunate ſenex quę te indulgentia diuum
Reſpicit: vt preſtes hanc violenter opem!
Tunc multi memores lucis: paulo ante peractę
Vrbe triumphanti quando receptus erat.
Leucade compreſſa plauſu maiore receptus
Princeps Romuleo non fuit a populo.
O ſors inſtabilis q̃ tutum credere nunq̃
Fortunę: nullis credere blandiciis.
Multus Io ſtrepitus reſonat: Dauidica proles
Excute deiecto vincula noſtra Iugo.
Inclita libertas proauis fatalis auiſq;
Occidit: heu ſeruis emula turba ſumus.
Vectigal petitur Tarpeio Ceſare dignum
Diſtrahit imbelles virga latina choros.
Veſte thura litant infando maſcula ritu:
Imbuitur Cyprijs hoſtia multa focis.
Abiicias ſeruile probrum depreſſaq; colla
Erige: nec famulos reſpue mitis herus.
Nunc animis cecidit verſis peana canorum
Ac reſonans gelidum tybia viſit Hebrum.
Pro Chriſto petitur ferus author ſeditionis
Mobilior rapidis frondibus aura virum eſt.
Haud aliter Dauida ſuum male credula Regem
Prodidit: in nati prompta venire manus.
Cum fugeret caſſos ignauí pignoris auſus:
O quantis hominum noctibus aer hebet.
Taliter ingrate paſſus faſtidia plebis
Scipio: non meritum fugit in exilium.

Septies & consul marius post tanta trophea
Eger inops exul: clausa sepulchra colit.
Nunc Iuda truculente refer que premia seruas?
Que tibi pro tantis mercibus aula nitet?
Plus media precij deceptus lance fuisti
Contractum vires pretor habere negat.
Venditio scindenda venit quia lege vacillat
Excipe si quid habent pacta nephasta loci.
Pensilis es dat longa nouã tibi littera formam
Sambuci baccas sanguinis vnda nouat.
Non aliter mori tinxit cadentia poma
Vidit vt ambiguus pepla cruenta procus
Spiritus infelix media disrumpitur aluo:
Eumenides fuscę talia strena, petunt.
Ventũ erat ad tristis squallentia saxa sepulchri
Mortis vbi tragulis albicat omne solum.
Tot guttis oculi christo maduere doloro
Quot stillas radijs torride solis Athlas.
Aut si Rypheos exurant chasmata montes
Constrictas ve liquet feruidus ardor aquas.
Ecce nouũ inseritur: tam leso in corpore vulnus
O vtinam clauso gutture lingua tace.
Strata palam tellure iacet crux: sidere criste
Cogeris & tristi ponere membra thoro.
Funibus attraheris: nerui spoliantur inanes
Et compago suis soluitur orba locis.
Erigitur truncus volitant insignia vento
Tu manibus fossis: tu pede fossus ines.
Queritur innumeris merces quę cõgrua penis?
Quid feret infixus post mala tanta tholus?
Vilis homo cognosce tuę monumenta salutis
Authorem tetrici fulminis arbor habet.
Erigitur serpens qui noxia fascina tollat:
Incassum virus nobile prester alit.
Vociferat moriens cui paret machina mundi
Cum bibit inuito fellea mista cypho.
Lucidus expauit contracto lumine tytan:
Et trepidos ignes pallida luna tegit.

Nox abigit lucem: tenebrę funduntur atroces:
Excedunt zonis ſydera pulſa ſuis.
Contremit omne ſolum celi tremuere rotantes:
Occeani liquidas ſorbet abiſſus aquas.
Pauca prius mandata dedit q̃ limina fati
Rumperet: aut mortis diſceret ire vias.
Huic comes extiterat pro virginitatis amore
Gratus in hoc vno ſigna pudoris erant.
Crederis o mater morientis voce pudico
Teq; ſibi matrem iuſſus alumnus habet.
Cum tibi ploranti diuortia dura darentur:
Quot fuit imbutus mortibus ille dies.
Quot leti cecidere minę: quę ſpicula pectus
Suſtinuit: merens dicere lingua negat.
Crudeles terras: crudelia ſydera clamat
Cogitur exhauſtum ſepe tacere iecur.
Frigidius ſaxo corpus riget: ardet abire
Spiritus: & queſtus rumpere morte: feros
Vt redijt lapſi rediuiuus ſanguinis humor
Tundis inaſſueta pectora diua manu.
Irrita flagranti zelo lamenta fatigas
Que repetit vacua triſtis hyrundo domo.
Quę Phylomena canit tacitę ſub quercubus idę
Cum gemit odryſij facta ſceleſta ducis.
Nam quis tam rigidus tam duro marmore plenus:
Vt videat ſiccis funera meſta genis
Non ceſo abſtinuit gens execrabilis omni
Seuicia maior trinacriaq; manu.
Quod neq; crudeli Procruſtes fecerat antro
Horreat extremo natus in orbe Geta.
Parthica tranſadigit penetratum lancea pectus
Spiritibus laſſis area cordis hyat.
Immatura caue ne nos lybithina retundat
Et celeres truncet parca inamata dies.
Sed prius indomito purgentur crimina planctu
Spem ditis capiat noſtra querela nigri.

Ad arboris truncum diua virgo ſub
ſiſtens filij cruentati vulnera lachry-
mis & queſtibus proſequitur.

REddideras orbi ſubtractos Phebe colores
Extulerãtq; agiles pallida fultra rote.
Cumq; memor iuſti mortalia frena ſecantis
Ethereus princeps digna ſepulchra parat
Sacra tamẽ genitrix prius eſt perpeſſa malignos
Inſultus nequo probra furore vacent.
Exuuias veſteſq; ſecant: toga maxima ſorte
Accipit heredem ſors queq; de ſuperis.
Interea proceres Nycodemus & acer Ioſeph
Iudicis accedunt atria longa mali;
Ciuibus hoc ſaltem preſes concede: necatum
Iure ſepulchrali condere corpus humo.
Non cauſę bonitas legum ve tenenda figura
Non veri ſtudium non pietatis honor.
Flexerunt animum preſes tibi: cecus & amens
Venalis modicam tortor ob inuidiam.
Quod non feciſſent ira ſtimulante tyranni:
Innocuum penę dedis inique reum
Teſtis erit Solymę reſpublica magna ſynaxis
Quod rectum pepulit proſtituitq; fauor.
Plus odium potuit: plus vis infeſta modeſtis
Corrupto probitas eſt agitata foro.
Magna redundabunt populo tormẽta maligno
Hec erit ętatis famę odioſa tuę
Si manes aliquos ſi tartara cocta putamus
Quas ne canunt lethes aut Acherontis aquas
Nunc quoniam famoſa tulit ſententia finem
Cylleniq; regit corda ſepulta puer.
Fas erat exiguo membella occludere ſaxo
Et topho inciſo leuia buſta dare.
Nec canibus volucriq; fere permittere corpus:
Sunt hec indignis probra obeunda viris
Tu ne pati poteris ferales rodere coruos
Interitu cuius indoluere poli.

Cuius munificis teſtatus regibus ortus
Diuino ſuperum notuit obſequio
Per quem longeuę redimenda piacula culpę
Credimus: indicijs conſtat aperta fides.
Magnus Iohannes intactum prodidit agnū
Faſſus in humana carne latere deum.
Difficiles ne volue oculos pius annue votis
Hoſtibus hoc nullis ſarmata terra negat.
Scipio ſis priſciq; Numę non relligionem
Deſere Tarpeia miſſus ab vrbe regens.
Si non permoueat ſublimis vita prophetę
Aſt flectant animum noſtra precata tuum
Ingenio Curios teneas Deciosq; modeſtos
Fabricij nutem dux imitare manum
Accedunt etiam xeniorum feſta propinqua
Et longo ferias tempore turba colet.
Viſuri proceres venient ſolennia noſtra
Curret ydumeę dia propago domus
Non arabes picti tripolis non deerit ampla
Et quibus aſphalij mortua ſtagna iacent.
Confluet egyptus memphitica ſecula voluēs
Cum patuit rubri fiſſa vorago ſali.
Obi cies nūquid populis ſpectacula veſtri
Criminis? hanc ſcenam leta theatra ferent?
Inuidiam plebis merita ſuccenderis ira
Tunc; ſacerdotum Curia tota cadet.
Namq; peregrinis acceptus vixerat oris
Vltio ferripotens compita cuncta trahet.
Ite ait & veſtrum telluri imponite funus
Caſſibus humanis iſta medela placet.
Accelerant dirimunt; crucē tu ſuſcipis vlnis
Confoſſum ſpinis purior arca: caput
Corde ſcrobē patulā manibus duo vulnera cernis
Traijcit & medios paſſa feneſtra pedes
Commaculant veſtē tabi conſpergine guttę
Liuidus exhauſto ſanguine pallor ineſt.
Terq; quaterq; gemens: en hęc ꝓmiſſa parēti
Nate fides? ſunt hec premia facta mihi?

Quíd moror vt parílí fodíat me turba veneno
Et quatíat vílí debíle corpus humo?
Tu columen matrí fueras: en noſter Ioſeph
Occídít: en turtur ſola relícto gemo
Queſtío nulla oberat quín te comítarer euntem
Conſequerer mentem flebílís vmbra tuam.
Munus hoc ínſedít cum te pro tethyos vndís
Vídít Hymen populo vína dediſſe nouus.
Cur taciturna tenes elínguí verba palato?
Obſtructum quíd habes nobíle vocís íter.
Heu nímís ínfelíx nunc me fata ímpía tangunt
Et demum doleo me ſupereſſe mihí.

Lamentís míſerabílíbus cõploratũ Ieſum exacerbata mater ſepulturę mandat.

Ales ílla ſuo rumpebat corde dolores
Quę nõ perpetíť maxíma verus amor?
Ora rígant vndę: tunduntur pectora pugnís:
Exercent míſeras brachía iacta notas.
Cum tepuít ſegnís defecto robore ſermo
Induít effígíem pallída forma necís.
Mox reſtaurato redeunt lamenta vígore:
Poſt longos queſtus fortíor exorítur.
Vt vídere ſenes nullís míteſcere verbís:
Nec vellet nímíus frena ſubíre dolor
Incípíunt tumulí latebras aperíre tacentes:
Fíat vt antíquo more ſupremus honor
Adde pudor nobís facílem tractabílís aurem
Comunísq; malí fer patienter onus.
En redeunt vmbrę celerat nox humída velum:
Nocturnosq; petít Phebus ínire lares.
Et tepído refouere thoro poſt pabula: flammís
Quadríjuges plenos gurgíte ceruleo.
Lux exempta cadít nec habent lugubría fínem
Meror ín attonita vírgíne creſcít edax.
Pone modum curís cum tertía ſtagna recludet
Cynthíus: & leto purior axe fluet.

Mors domitas Ditis plorabit acerba cauernas
Et iam syderea tartara victa manu
Filius exurget iam fati liber ab ira
Sunt hec pollicíti pignora certa sui.
Et spolia & manes secum trahet agmine longo:
Fxhausto veniet dives ab elysio.
Ergo age maiorum ritus imitare tuorum
Dormiat in lucem mitis olyua suam.
Palluit haud aliter q̃ si confoderit artus
Femineos: neruo missa sagitta leui.
O saltem liceat gelidis incumbere membris:
Si quis adhuc trepidet spiritus ore legam.
Ideus cum predo ruit delapsus ab alto
Quã metuit pullis pulchra columba suis!
Sic michi q̃ vultis proprio diuellere nato
Territa pestifero viscera felle tremunt.
Nam prius equorei vanescent gurgitis vndę
Nesciet vndosum picta carina fretum.
Aerij montes veluti Carmelus & Hermon
Et rupes Saulis nobilis excidio
Subsident agiles visent immane barathrum
Implebit preceps vasta ruina canum
Opprimet exiliens labentia sydera tellus
Squamosumq; pecus pinguia rura colet.
Seuus aper dentata tygris perculsa leena
Spelea in medio flumine tuta patent.
Et bos humana stupefactus voce loquetur
Mortiferos capient panda sepulchra deos.
Ignis aquas patietur iners astra auia retro
Constituent gyros versaq; zona fluet.
Occiduos oriens discet procedere calles
Et boreas medijs voluere plaustra vijs.
Tum piger arctophylax dñam precesserit vrsam
Et vetitos tangent algida signa lacus
Tum cahos antiquum forma proserpet adempta
Pugnabunt vno mista elementa loco
Quam nos atra dies momento distrahat vllo
Accipiat mentes vnica terra pares.

Talia dicentem ſolantur & anxia ſenſu
Voluunt incerti: conſilioq; vacant.
Syndone prolata gremio deponere corpus
Hortantur: ſolitis vt vacet exequijs.
Vidit vbi inſtantis precepta nouiſſima ſcenę
Extremumq; ſui pignoris omen habet.
Dicta parat lachrymās q̄ ſaxea corda mouerent
Si fluat in cunctos nobile carmen auos
Nate vale: cuius genitor ſator altus olympi eſt
Quem perhibent regem cuncta creata ſuum.
Nate vale illeſo quem virginitatis honore
Vidit naſcentem credula terra minus.
Nate vale regum coluit quem magna poteſtas
Duxit vt illuſtres fulgida ſtella Magos.
Nate vale cereris dederas qui fercula laura
Cum fuit augmento nobilitata ſeges
Nate vale reparans tetra valitudine mancos
Vlceribus tollens tabida philtra vagis.
Nate vale ſpeciem cuius natura ſtupebat
Contremuit lethe nunc tamen hoſpes eris.
Nate vale deitate potens: & hypoſtaſis vna
Gignenti medius ſpirituiq; deo.
Nate vale telluris honos: cui militat aruum
Fertile: cui dulci thure litabit ager
Nate vale beneſuadus amor: ſapientia prima
Atq; idem Sophię ſemper origo ferax.
Nate vale precium quod ferrea ſuſtulit etas
Atq; idem ferri crimine ceſus abes
Nate vale cuius radiantis lampas ocelli
Spirabat menti myſtica ſenſa pię.
Nate vale tenero factus cognominis agno
Inferias peragens victima ceſa Iaces.
Nate vale quem delicias gens poſtera dicet
Eſſe ſuas: a te templa vocata locans.
Nate vale matrem triduo iam deſeris vno
Aſt vnum triduum ſecula multa putat.
Confeſtim rediture vale viduamq; parentem
Si te cura mouet reſpice nate vale.

Virgo abijt rediturus ouans: parthoq; tropheo
Ducet in excelsas agmina capta plagas.
Si miseratur adhuc scelerati maxima vatis
Crimina: fac venię compos vt efficiar.
Et doleo & culpam fateor patrasse dolendam
Debentur nostris ignea flagra malis.
Fornaces extingue putres genitoris adempti
Incolat ethereos vmbra beata locos.
Et matri faueas Gryphumq; tuere patronum
Inde tui vatis thuscula pauca legas.

Primi libri finis. Prologus in secundum.

Prefatio in gaudia eiusdem Cristifere.

NVnc alacres risus nunc et ioca leta parantur
Et pius in nostro carmine ludus erit.
I dolor & luctus alio conuerte molestos
Imbue nunc hylares leta thalia modos
Sed neq; lasciui nobis recitentur amores
Phœbo dulcisonam recutiente lyram.
Nec petulans venus est istis miscenda coturnis
Fontibus a liquidis sordidus absit aper.
Phistra sonent liceat quinquatria turbida plaudant
Vinosam Tymelen orgia plena vocent.
Quosq; ferunt latijs fugientia secula ludos
Et quos flaua ceres floraq; pulchra citant.
Aufugiat leuitas que grandia queq; prophanat
Sed tñ exornent pendula fulcra lares.
Stragula se pandant phrygijs intexta coronis
Et que niliaco stamine pingit acus
En canimus sacros genitrix mundissima risus
Eijce vitalem fons redimite sitim.
Cernuus imploro lachrymis per tempora obortis
Quam peperi labem flumina larga lauent.
E macula viro quod nos violauit acutum
Et leprę saniem comprime malua potens
Tu rosa tu nardus pungentibus edita spinis
Carceris obscuri destrue queso minas.

Quot lemures vrgent quot lurida toxica ſumpſi?
Hinc liuet poſito tetra decore cutis.
Cumq; ſubis animo metuis exturbatur auerni
Ille licet penas ingenioſus amet.
Confeſſo fer opem quem faſcis cõprimit ingens
Pelyaca preſſus mole ſic oſſa fuit.
Forma ſepulchralis fumoſo ſeuit hyatu
Imminet en capiti beſtia cocta meo.
Conſternor tu ſuppetias dea nobis affer
Ne ruat adducto noſtra carina notho.
Quod feſſo ſopor eſt hoc tu mihi floſcule cãdens
Vis tua denudat nectar et ambroſiam
Parthaſiaq; tuum nomen cum dicitur aula
Nobile mellitum regia tota fremit.
Quã dulce eſt! & q̃ tenerũ! quod rector olympi
Condidit! & cordi iuſſit ineſſe meo.
Hoc mihi principium promiſſi carminis adſit
Auſpice te tumidas puppis inibit aquas.
Dirige nutantem firma ſtatione tabellam
Anchora tu vati portus amœna quies.

Ventilata coram ſummo rerum conditore virtutũ controuerſia Gabriel archãgelus humanę ſalutis orator ad mariam deſtinatur.

IN ſuperas arces Aſtrea irata redibat
Mundanę indignãs pfida facta domus
Mortaleſq; malos ſuperum accuſabat ad ora
Omne nephas pulſo quippe pudore volunt.
Temperat exitium coniunx infenſa marito
Vritur in fratrem frater et arma parat
Filius & patrios dirus coniurat in annos
Horrida priuigni morte nouerca furit.
Cõfuſum omne cahos: ſcelus o mulctabile duro
Vindice: nil equum terra prophana petit.
Frigitur accenſis ſartago imbuta metallis
Nunc ioue ſublato nummus vbiq; valet.

Quíd loquar inceſte vecordes Cypridos auſus
Oſtentant olidas panda theatra lupas.
Simplicitas obíjt: fuſa eſt reuerentia iuſtí
Atría primatum ſtellío ſolus habet.
Iuſticię nunc vírga veni nunc ferreus imber
Sulphureiq; amnes monſtra pudenda lauent.
Qualíter ob noxam punítur lucífer vnam
Inficiunt luteas ímpía queq; domos
His impune lícet: patitur tamen angelus ígnem
Sub ſtyge torquetur díuus et orbícola.
Vix ea: falcato mulíer tum prodíjt enſe
Heu quantas ſtrages prodíte munde dabís?
Grandís in auguſto maieſtas floruít ore
Progeníem regum predícat effígies.
Hanc toga veſtíerat radío contexta trílící
Gemmarumq; dabat lumína multa nítor.
Tum díadema cómas míro cíngebat amíctu
Qualís ín aſſyrío príſca vírago ſolo.
Pondus erat geſtus inceſſu clara potenti
Conſpícuas ínter connumeranda deas
Hyppolítes quaſſat rutílam clípeata bípennem
Ægís habet phalarím ſanguíneumq; Scímín.
Arma tegunt mediam: mediam muliebris honeſtas
Cruda minax toruis ſupplícibuſq; fauens.
Mors crudelís erat totum ſpargenda per orbem
Dum peragens íras flammea díua tonat.
Nunc vbí baſía ſunt Glyceres vbí nobílis ętas
Fucus vbí fallax ſcommata fuſa íacet.
Qníd íuuat ardorí committere tempus ínepto
Quíd ve cupídíneum currere per ſtadíum.
Balſama quid faciunt fuluís ínfuſa capíllís
Illecebras carpít non redítura díes.
Fugerat omne genus pecora exígueq; volucres
Terríbílí latebras appetíere metu.
Expauít rutílus molímína grandía tytan
Sanguíneaq; latet delía tecta toga.
Aſtra cadunt montana tremunt faſtígía penam
Et ſílue & fluuíj terror vbíq; poteſt.

Patroni vox fracta iacet ratione ministra
Presidium legis syngrapha lata petit.
Queritur in vasto si quis defensor olympo
Audeat instanti se opposuisse malo.
Illicet emergit tranquillo pondere nympha
Ante Iouem flexo poplite fusa manens
Eternum docet effigies pietatis amorem
In roseos vultus castra pudoris eunt.
Contremit & tacitas agitat sub pectore curas
Quod dolor incertus rite docere queat.
Est studium miseros defendere: parcere victis
Facto conueniens hinc bene nomen habet.
Fulmina iam dextras intrarant rubra tonantis
Lemniaco fuerat captus ab igne rogus
Vt procul agnouit natam: consurgere mandat
Et positum feda tollere corpus humo.
Ad sedes o nata meas (prius oscula libans)
Que te causa rapit quid dolor iste parat?
Tu ne fugis terras exemplo docta sororis?
Frontosis etiam pulsa supercilijs?
Solue metus: pyrrhe contraria feta rependam
Exuret petulans vlcio magna scelus.
Parce pater rapidis poteris absumere flammis
Que sunt sydereo tam bene clausa globo
Percipient festus Elice tardiq; triones
Et gaudens gelida frigidus anguis aqua
Que soror obiecit prius argumenta refellam
Vt perstet trutina causa agitata pari
Iudice sub vero pars nūq̄ leditur absens
Discussa melius lite videtur iter.
Nec fertur tristi verax sententia verbo
Ni reus actoris presciat esse modum.
Sunt nimium fateor mortalibus impia cordi
Crimina? probrosa damnificanda cruce
Auri multa fames venus et furor ambitionis
Plurima precipitant regna: licente iugo.
Non tamen absorpsit totam contagio stirpem
Lumina virtutis splendiora micant.

Preterea ſi quos merſit ſentina paluſtris
Non ſubito damnat cura ſalubris hęri.
Cum pecus infirmum paſtoris dextera ſanet
Deſperatus hydrops a medicante redit.
Non exheredat ſolo pro fenore natum
Iratus genitor ſit licet ore minax.
Verba prius metuenda ſonat: mox verbera tentat
Ceduntur meritis terga nociua plagis.
Ingenio duros ſtudium preceptor ob vnum
Non abijcit multos ſed probat ille dies.
Et neq; ab alcynoo ſterilis precidítur arbor
Radicis reprobę ni pateat vitium.
Exploratq; ſolum fomentis nutrit aquoſis
Vt capiant ſuccos tempora ſparſa bonos.
Mox vbi deprendit artemq; operamq; perire
Exigit extremam fixa ſecuris opem
Nec dum peruigilans luſtrat ſua rura colonus
Inuoluit tribulis ſpicea grana ſcabris.
Experiare precor ſi ſe vecordia mutet
Cum fuerit tetrico dedita ſupplicio.
Et paleas diſtingue leues quia putris amurcę
Diſſimiles ſuccos dulcis oliua fugit.
Tu quoq; ſollicite patrona ampliſſima cauſę
Ob preiudicij vim tibi lauta ſatis.
Comuni auſpicio ſtudioſos numinis alti
Et ſcelerum cupidos excruciare paras?
Dij talem auertant nimis eſt nimis impia mentem
An oblita tui nominis eſſe potes?
Talibus orabant ratio inconcuſſa manebat
Difficilis cauſę verba diſerta notans.
Cum pax inſolito grauiter tremefacta duello
Indomitos auſus rumpite litis ait.
Arbitrio ſtet cauſa meo nam priſtina vatum
Reſponſa: obſcuris miſtica ſenſa premunt.
Scilicet vt noſtra deſcendat hypoſtaſis arce.
Altera ieſſeis ſignificata modis.
Hunc celebris virgo pariet: non paſſa virile
Semen & ignotas auſa ſubire vias.

Demum ſuſcipiet columen regina ſupernum
Et diadema poli ſcripta vetuſta iubent.
Aſſenſere animis rutila dimiſſus ab ede
Nuncius aeripes nazareth arua petit.
Fatalem querit mariam que clauſa pudico
In thalamo veteres replicat illa ſophos
Et vatum comitata choro primoq; propheta
Quem ſerra medium dyre tyranne ſecas.
Concipiet virgo magni dauidis alumnum
Heres iudaicum detrahet ille iugum
Reſtituet munus qui libertatis amenum
Saluabitq; ſuos morte rubente patres.
Huic gens omnis erit iuſto ſubiecta tropheo
Omne genu curuum ſic elementa docent.
Talia voluebas iam libera pondere carnis
Corpus erat fixum mens quoq; fixa fuit.
O mihi te virgo liceat ſpectare miſelle!
Quam terrenus honos aſtraq; picta colent.
Serua pedes ſequar ima tuos: mō fata miniſtrēt
Quis mihi non merite premia tanta velit!
Mortali ne ſtirpe venit tam nobile germen
Cui generum ſuperi tanta licere ſinunt.
Spiritus herebat: ſubitus cum fulgor in ora
Spargitur vt celo fulmina rubra labant
Attonitum pectus mira nouitate rigeſcit
Et caſte metuit virginitatis amor
Tum de nube caua deductis nuncius alis
Fungitur illuſtri Gabriel officio.
Salue ait o virgo: me rex ſtellantis olympi
Hec mandata tibi digna referre iubet.
Salue virginei flos intemerata pudoris
A ſuperis oriens: et paritura deum.
Si nullam potior decorauit gratia: quamq;
Aſſyrij ſecuit cola virago ducis.
Es benedicta: tue fructus benedictus & alui
Gemma tui ſexus: et ſuper omne iubar.
Grede nec ancipiti palans te corde fatiga
Inte celituum fortelatebit opus.

Concipies vtero nec te cui gloria partus
Maxima debetur polluet vlla venus.
Spiritus altiuolans aluum ditabit honestam
Ethereę vires organa sancta regent
Magnus hic et summi dicetur patris alumnus
Sanctus et erroris fatiferi precium.
Dijs placitum: concede animis: tu pauca loquuta es
Fiat in ancilla quod iubet omnipotens.
At quam leticiam ditissima contulit ora
Quot risus alacres inclita virgo refert!
Hospitio fotura deum cui dulcibus vlnis
Suggeret amplexo mamma pudica cybos.
Aspice vt emansor & transfuga pabula vitę
A puero queram prodita rite tuo.
Inferior culpa est te preside: quid neget infans
Matri detq; volens precipiatq; petis!
Dele quicquid est et me celestibus affla
Viribus: est a te pendula nostra quies.

In etatis defecte curriculo pregnantem Elizabeth virgo populi conspectus vitans inuisit.

QVE tibi spes tanti caderet spectabilis ortus
Desperata pie pignora subdit anus
Hec erat antiqua custodum stirpe sacrorum
Inter primates magna virago suos.
Consortem thalami connubiaq; alta fouebat
Deq; sacerdotum gente maritus erat.
Sed steriles lectos frustrataq; fulcra reuoluens
Signa tulit nigris puluerulenta comis.
Cum pater ethereis geminos miseratus amantes
Dum cadit ignitis victima cesa focis.
Dum pia thura calent senio tu presul in isto
Coniugis accipies vbera plena tuę
Angelus effatur: mens illi incredula mansit.
Inditium facti lingua retenta docet
Tum genitrix cassę repetens commercia carnis
Lucinam vt tenerum dirigat orat opus.

Incaluere intus fecundis viscera venis
Incluso sterilis pondere venter abit.
Parthenice narrante deo miracula norat
Gratariq; nolens sedula carpit iter
Per iuga per celsos vmbrosa cacumina montes
Plena deo mater: nec tamen ipsa nurus.
Festinat vitans populos turbasq; frequentes
Sola velut turtur compita passa fugit
Conspectusq; hominum: quid enim deformius istis
Virginibus quibus est stulta chorea domus!
Nulla peregrinam traxerunt festa puellam
Non iocus aut formę fama petenda bonę.
Ista cupidineos deceant spectacula mores
Dissimiles nequeunt moribus esse loci.
Quis bene Cydippen pedibus contendere castam
Dicet: Atalante cui faretrata places!
Spicula nescit amor solis infigere ocellis:
Vincit acidaliam quem solitudo iuuat.
Quare noster adeps Daphnea predita lauro
Aspera soliuagis auia querit agris.
Non onus egregium gressu properante moratur
Terruit hanc forma bestia nulla truci.
Cognate attigerat penetralia regia sedis
Irruis in matrem spiritus alme senem.
Salue inquit diuum specimen terrena voluptas
Cuius opus veneris non erit e gremio.
Me saluere iubes at vultum sentit herilem
Fetus et exultat teq; fatetur heram.
Ex vtero gestire cupit: clausumq; tribunal
Concitat: a superis prospera mundus habet.
Hic est vatiloqui quem tot cecinere prophete
Rupturum labis funera prima nigre.
Euge beata nimis cui credere contigit vni
In tot venturos maxima gesta dies.
Mox ais o vates Phebo percussa secundo
Est hec immerite gratia facta mihi.
Magnificare meum est superos & strictius euum
In laudem iusti sollicitare dei.

Feruet enim vero concuſſum numine pectus
Digna ſalutari carmina voce canens.
Gernua viſa fui nec me generatio queuis
Conticeat populis virgo beata ferar.
Preſtitit altitonans modice mihi premia ſumma
Sanctus enim et titulo dicitur eſſe ſacer.
Que metuunt ſtirpes et que naſcentur ab illis
Senſerunt placidę prodiga dona manus.
Brachia diſtendens terrorem fortibus atrum
Impulit:in neruum colla ſuperba ligans.
Dans humili ſceptrum regum ſpoliauit honores
Et liquit tumidos purpura clara duces.
Indiga membra fouens predulci nectare pauit
Diuitias macra tabificante fame.
Quod pepigit tecum princeps celeſtis abunde
Iſrahel aſſequeris:commiſeratur enim
Que vates cecinere diu:nunc geſta probantur
Inclita perpetuo fortis habrame gradu.
Neumate pregnantem voluis doctiſſima linguam
Dulcius Euterpe non modulatur opus.

Ciuitate Bethelemi medio terrarum orbe
Saluator Ieſus illuxit orbi.

TRimeſtre niterat cū ſe carbūculus ardens
Ad propríos recipit ventre monente lares
Tedia nec ſedis pepulere:nec ocia longa
Externos aditus appetiſſe diu
Sed nimis expoſito ne rumor prodigus auſu
Preberet linguę dicta ſiniſtra vagę.
Ergo ſuis tandem concluſa penatibus:acri
Tum deſiderio tempora pacta petit.
Conqueritur lentos metam producere ſoles:
Auctores torquent gaudia tracta ſuos.
Iam caper aſcendens tropicum remeabit in altum
Et ſecli veteris diua puella decus
Mergebat gelido recidiuos equore piſces
Brumaq; deſertum coxerat herbą ſolum

Et cana effetis squallebant arua pruinis
Et glacies pigro stabat in occeano.
Merebat tellus cuncto spoliata decore
Hesperydum ramos multa grauabat hyems
Torrida vix calidam reddebat zona Syenē:
Athlantis duri horrida barba riget.
Frendet hyems aquilone suo:tunc martia Roma
Post marij palmas gallica frena tenens.
Imperio claret Parthis mediscꝫ ligatis
Octauí regio queꝫ colit titulos.
Tunc statuit ianus bifores occludere valuas
Nec bellona regit turbida martis equos
Sed sacer augustus vesta dictante deorum
Templa coronarí diruta fronde iubet.
Panduntur Iouis arcigene delubra:fidelis
Augur alit tepidis thura sabea focis.
Iam latium iuuení sacros adolore liquores
Preparat:indigetem iam putat esse deum
Ceduntur mites populo plaudente bidentes
Melleꝫ lesboo farra sepulta madent.
Extis ara calet:nec adorea victima defit
Templa deum spernit cesare Roma deo.
Que tyburtinam mouerunt acta sybillam
Nec putat humanis exta cremanda viris.
Ergo fatidico viguit quia pectore vates
Excutit oracli verba seuera sui.
Quis tibi syderei concessit munia cultus
Cesar in hanc seriem stemmate quo raperis.
Te fauor exilis superum dignatur honore:
Instabilis diue ledere parce iecur.
Scilicet eternis mortalia ritibus ora
Placentur:magna sic tibi parte places.
Non hoc te magnus docuit prebente senatu
Cum resonante foro claustra teneret ouans
Limifera productus humo non appete cultum
Etheris:& samie matris amato lutum.
Aspice conscripto rutilantem cardine solem
In medio pulcher circulus axe rubet.

Assidet illustri mulier spectabilis auro
Amplexans pueri membra pusilla sui.
Hic deus est: huic thura legas hoc iudice vitam
Ducis: in hoc vitam ponere victus habes.
Principis est animus matura voce reflexus
Applicuit tenero debita dona deo
Interea satrapes mundi transmittit in oras
Edictoq; rato prodita regna petit.
Vt circumscriptus sinuosi terminis orbis
Redderet extreme nomina cuncta plagę.
Et rationis herus numero caperetur ab vno
Quotq; forent omni sub regione viri.
Crimine si parili dauidis plectitur error
Non prouentura quid petis a tabula?
Idcirco ethereę sobolis protector Ioseph
Oppiduli petijt mœnia parua sui.
Bethlemicq; inuisit agros sed plurima turba
Prerepuit casulam: non satis vrbe capax.
Sollicitans vteri genitrix dignissima numen
Cogitur in media secubuisse via.
Et feno lenire thorum: venasq; latentes
Exese silicis (triste) ferire manu.
Hic opifex pauper seruata nascitur aluo
Lucida tunc medios luna regebat equos.
Stertebat senior somno labefactus ocellis
Spirabatq; tepens ocia grata quies
Captabat dulces tenebras genus omne animantū
Vrbibus in nullis rumor adesus erat
Lactabant pleno distentas vbere matres
Imbelles agni caprigenumq; genus.
Flauentes tantum violę ridentibus euris
Optarunt caste matris adire thorum.
Pondere deposito mariā non lesit honestam
Vis partus: supera namq; pepercit ope.
Preteriens eue laqueos dulcissima virgo
Perculit insolito cuncta elementa bono
Arrisere poli veniens concentus ab alto
Ethere dissiecit somnia pigra seuis.

Inſpicienſq; deum demiſſo poplite adorat
Et pauido tenerum lumine corpus adit.
O quas delicias cepiſti nardifer horte!
Fundebat placidum celica muſa melos.
Ecce autem magno paſtorum murmure cœtus
Auditę recitat nuncia mira rei.
Natura obſtupuit diuini neſcia partus
Intactos vteri cum videt eſſe locos.
Numina falſa deum tacitis latuere ſepulchris
Et ſeſe ſtigio reſtituere cauo.
Ferte deo dulces preſepia lignea cunas
Cretei non eſt fabula ceca iouis.
Nobilis o ſilue pignus memorabile: et omni
Tempore dodone fertilitate prius.
Vos quoq; ſegne pecus non vlla oblitteret etas
Egida ſi priſcam torua diana quatit
Si veniunt picte nyſeo vertice tygres
Lyncas & arguto lumine liber alit.
Ceruaq; telephijs dederat que pabula labris
Euaſit memori ſecula multa die.

Ductu ſtelle magi ſaluatoris ortum preſagientes inuiſere cum donis infantem.

CErnere zodiaco ſi quos Mynoida circo
Et iuuat oleuie ſigna notare caprę:
Et geminos fratres raptoris cornua tauri
Atq; Cleoneę colla iubata ferę.
Aut ſeptem gelido radiantis axe triones
Aut quibus exortis conſtitit ortygię
Intuitus figant in carmina noſtra tenaces
Syderis et querant ſic properantis iter
Candidius non eſt celati culminis aſtrum
Ipſe trahas crinem fuſce comœta licet.
Errore impellis mortalia corda maligno
Exitij veniunt te rutilante minę.
Siue per occiduas volitas inglorius auras
Vel fluis eoas prepes aduſq; plagas.

En balaame tibi proluxit nobile ſidus
Et caput exeruit ſtella decora nouum
Extremi garramanthes amant hanc viſere flammam
Hanc orabum gentes thurea regna petunt.
Siſtite fatidici celo inuigilare ſereno
Subtilis babilon ſcripta profuſa tegit.
Caldeos non hic numeros phebeia lampas
Quoſq; ſinus multos canta mateſis habet.
Appetit vltra orbem veniunt portenta petenda
Authorem radij neſcit vterq; polus.
Ipſaq; mirata eſt fuluos ardere capillos
Pythmia portenti neſcia conſpicui.
Roſida puniceo ſurgens pallantias ortu
Non auſa eſt rutilo depoſuiſſe polo.
Cintius aſſueta pulcher dum currit in auge
Noluit intantum plauſtra mouere ducē.
Hic maga preſaga feſtinat turba phalange
Regna licoanie regna Sabea vocans.
Gratatur regi tenero fuluumq; metallum
Congerit et mirram thuſq; ſuaue legit.
Aurū ſceptra refert ſed humo pia mirra propinquat
Et perhibent verum thura adolenda deum.
Credulus hoc augur hoc ignorauit Aruſpex
Preſcia Cumani prodite verba libri
Mutis phebe loquax: deſunt mendacia? deſunt
Omina: caſſandre te quoq; ludit amor.
Cernitis o proceres radiantia fulgura paſſim
Querere iam nati clauſtra pudica iouis.
Regia terribilis cur ſanguinolenta tyranni
Conſulitur vobis? exulat inde fides
Herboſo citius puerum perquirite feno
Dant regi faciles herbida ſtrata thoras.
Queritis o reges caſtrorum in culmine chriſtum
Non arces non hunc regia veſtra capit.
Attalicum poſt ponit ebur ceaſq; lacernas
Quo duce vel nardum ſaxea terra parit.
Diſcite nunc faſtus proceres deponere vanos.
Murice torquato quid iuuat eſſe grauem.

Ecce magi properant rutilos dum viſere faſces
Abnegat officium perſica ſtella ſuum.
Eroes fauſti perſarum digna poteſtas
Queríte Bethlemí pínguía rura breuís.
Regíus híc ínfans ſtabulat non mœnibus altís
De ſe preſumít hoſpíte terra deo.
Dat preſepe thorum íubet íllúc íre ſacerdos
Feſtínate ducem lín quere fedífragum.
Iam regno metuít: bílís malefída redundat
Corde furít: gladíos íam cupít atra manus.
Qua tandem erumpent occulta íncendía clade?
Impía precípití currít ad arma gradu.
Blanda quídem loquítur ſímulato pectore palpo
Sed parat horríbílí funera dira face.
Attígerant natí mapalía ruſtica regís
Ambíbat tegetem gens numeroſa breuem.
Cum tu docta deo genítrix puríſſima prodís
Excípiens vultu ſtemmata tanta pío.
Non tíbí paupertas cunctís ſpoliata míníſtrís
Sacra verecundís tínxerat ora modís.
Non hos fictílíbus congeſta culína repreſſít
Labítur ad pueri regía pompa pedes.
Voluítur ín terram quam ſtragula nulla tegebant
Altus apex regum: ſordída gemma íacet
Inde nephas doctos rabída quod mente parabat
Rex ferus: ímmaní non dyomede mínor.
Angelus adducít propría ín penetralía letos
Díuíno ſaturí numíne ſic abeunt.

Inferno domíto et ſolutís veterum patrum car
ceríbus exhíbet ſe chriſtus matrí luctuoſe.

PLuto vídens fatí portenta nouíſſíma ſacrí
Et Phœbí radíos occuluiſſe caput.
Expandíſſe ſínus monumenra recluſa vírorum
Hoc ſpecímen laxo velle fouere ſínu.
Tellurem ſtabílí nutantem cardíne fluctus
Neptuní lachrymís íntumuiſſe ſuís.

Denicꝫ quicquid erat toto lugebat in orbe
Et saxa et fontes plana vireta case.
Defleuere comis nymphe dryadesꝫ solutis
Planxerunt cytharę timpana pristra lyrę.
Hec repentens Cereris gener alta exestuat ira
Frontecꝫ de gelida frigida gutta cadit.
Aduocat immanes odiosi carceris vmbras
Nigrantes vmbras tartareumꝫ genus.
Conuenere truces: et coram stante caterua
Intonat horrendum: concita verba crepans.
Quale solet tonitru trepidum percellere murmur
Cum ioue succenso fulgura missa ruunt.
Rumpit in has voces: fallax sentina malorum
Penarum laqueus perfida turba cape.
Error adest cecus coluber mihi vellicat aures:
Cor tepet: aduersa suspicione teror.
Et melius sathanam non oppugnasse decebat
Hunc hostem: cuius perdimur excidio.
Hei metuo mariā nequā nostrę assuat illa
Ceruici tragulam: causa timoris adest.
Hec est illa lues: cuius portenta propago
Magna facit: nostras despicit insidias.
Ni ve poli princeps superumꝫ a stirpe veniret
Non foret humano credita palma viro.
Parua queror: fecere alij / bapristа Iohannes
Ridederat patri nobile vocis iter
Helyseon puerum nostris reuocare cauernis
Vidimus: oppositе iam remeantur aque.
Voluitur ante oculos fluuius nascentis olyui
Restant occeano nubila tracta salo.
Longe aliud vereor quod spynx neꝫ callida soluat
Nec lycię Trypodes nec venerata themys.
Matre tumet: patrij vacuatus nominis aura.
Anna nepos tuus est: sed latet vsꝫ pater.
Naturam perhibent nato expauisse puello
Fuderat hunc clausis Ianua firma seris.
Secubat ille senex: viduo iacet illa grabato
Nec falsos tytulos Ilia blanda citat.

Nullaq; turpauit crescentem culpa puellam
Candida non aliter labe columba caret.
Iam tricę periere męę cassesq; dolosi.
Cum volui priscos noscere vafer auos.
Nam memini silices ieiunia longa docebar
Solus apud satyros deuia lustra colens.
Non ceres aut iuglans bacchiq; salutifer humor
Intrarunt auidis visceribus laxa fibris.
Magna fames illi ieiunum pectus alebat
Viribus amissis extenuante gula
Illicet insilio quantum via lata ferebat
Vrgenti ferio viscera sicca fame.
Seuit inops venter dentes in faucibus arent
Hinc intensa rapit viscera cocta sitis.
Quid superum iactas paupercule nomen Iesu?
Cur sterili macie languida membra necas?
Fac epulas hec saxa tibi: mensasq; labellis
Suggere ne pereant tabida membra fame
Inuicti tedet seriem deducere sensus
Non ceres est inquit mentibus vna cybus
Impinguant animum celestis prandia verbi
Corruo: delusit sic dolus artificem.
Det se precipitem celsa mox hortor ab arce
Tentari nolunt numina magna deum.
Acrius insisto corpusq; per aera prendens
Rupibus impono taure niuose tuis
Spondeo diuitias & regna potentia large
Procumbat pedibus si tamen ille meis
Heu non ambitio pectus violauit honestum
Eripitur manibus tertia parma meis
Vincor & incertus quid gestet corde modesto
Nescio: sic nostri perfida tela perit
Nunc Phœbus radios vultu contraxit opaco
Postq̃ succubuit iustior inuidię.
Nonne fuit satius pleno quod viueret euo
Nesciretq; latens antra nephasta deus?
Ah nimiũ gelidus per tempora labitur humor
Pugnat et in toto corpore febris edax

Que potuit grauior calamis incumbere noſtris
Pernicies: q̄tis iſta procella nocet!
Adducet violentus opem: tenebraſq; leuabit
Eternum triſtes: exuuiaſq; trahet.
Et ſpolia & vinctos conuexa in celſa reducet
Iactans infami tartara fuſa cruce.
Iam video manicas & ahene compedis vſum
Iam pendent collo vincula torta meo
Libertas omnis rabido ſecedet auerno
Flammeaq; inuitis flumina rumpet aquis
Anchora ne ſubitam moueat male iacta procellam
Audete: & pro ſe quiſq; capeſſat opus.
Sunt vmbre celeres & bellis apta iuuentus
Hic ſunt Aloydę corpora vaſta duo.
Colchydos hic ſtabulat villoſo tergore ſerpens
Et qui fauce vomunt ignea philtra boues.
Prima facem quatiens aciem diſcordia coget
Et bellona feroxmars adamanthe ruber.
Et leti facies: multum lachrymabile vulnus
Mendoſi lemures: Taxicoleq; ſtryges.
Pallentes morbi: fecunde beſtia lerne
Scyllaq; centauri: Geryon ore minax.
Et carie terror flammis accincta chymera
Harpyę: colubris Phorcis amicta comas.
Hſta cohors portas & propugnacula prima
Defendent: alij cocta venena ferent.
Cerberus immani pandet tria guttura rictu
Ne ſubeat vetitos hoſtis amarus agros.
Dipſades atq; ingens Emorrhois atra Phareas
Implebunt viru menia longa ſuo
Sulphur: & immiti furibundus Regulus ictu
Et baliſta volans/Pila/Pharetra/cubi.
Et multum celeri laudata Phalarica medo
Viribus amenti glans liquefacta ruet
Parte alia: portas vbi claudit Erymnidos antrum
Cui iecur exeſum reddit opima dapis.
Hec Ixioneas lapitharū vindicat iras
Quos acuunt tepidis aurea fulcra thoris.

Quos ſuper atra ſilex preſenti inſtare ruina
Viſitur: attollit peſſima lena facem.
Et manibus prohibet: pingues attingere menſas
Rigifici luxus dulcis adurit odor.
Hic reſidet Theſeus Phlegiasq; miſerrimus oēs
Admonet vt ſuperis debita iura ferant.
Non abſunt comites quos fraus odioſa docebat
Iuſta clientelę fallere vota pię.
Condita quos ſanctis deluſit gaza ſepulchris
Et placuit vetiti feda libido thori.
Proxima deinde loca & nulli comperta deorum
Seruabunt alacri pro ſtatione duces.
Qui ſibi vecordi dextram iniecere furore:
Et quibus omniparens lux odioſa fuit.
Proiicere animas: nunc dira inamata nephaſta
Mallent aereis ſuſtinuiſſe locis.
Lumine ſed caſſos: nouies ſtix alta coercet
Et picea torpens alluuione palus.
Arbuta ſenta procul myrthos vbi pallida tellus
Germinat: implebunt plebs in amore cadens
Atria lugentum ſtatuuntur turribus altis
Hic veneris ſoboles caſtra moleſta locat
Veſtibulo inſiſtent: quos cura ingrata peredit
Et quę ſe precio proſtituere viris.
Tyſiphonē diram rapidi Phlegetontis ad amnem
Cernitis: obſeruat ianitor ille aditum
Turrim hāc precipitē ſolidoq; adamanthe ligatā
Incolit: obducunt ferrea vincla fores
Hic precipiti ſpecus alta voragine celum
Prouocat: extorris limitis atq; modi.
Sulphure torretur liquido Tytania pubes
Quiq; ſequi voluit percita tela Iouis.
Aggere ferrato vallum ſtatuemus: & vno
Impete propellent plurima tela virum
Stat noſtro prohibere aditu tentare periclum
Non de Pyrithoi turbine conſulimus.
Maior adeſt hoſtis: quem debellare laborent
Celicolę fortes. viribus ergo opus eſt.

Iam penas laxate viris: totumq; per orchum
Clangite vocali prelia rauca tuba
Talia vociferans haſtas gelidoſq; parabat
Obdiderant firmas peſſula nexa fores
Ecce crucem quatiens aditum depoſcit ieſus
Sanguineq; rubuit Palla nouata cutis.
Tum prius inſolitum viderunt tenara ſolem
Splendebat radijs ſemper opaca domus
Muſicus hic Dauid cytharam complexus eburnam
Plectabat tremuli pollicis vngue fides.
Salue vera deum ſoboles & maxima vatum
Gratia pollicito non inimica tuo.
Secla licet tulerint multos tardantia luctus
Expulſis tenebris gaudia certa micant.
Diffugere vmbrę conceſſit ianitor antro
Panduntur celebri clauſtra ſoluta trabe.
Tertia lux aderat cum tu ſpoliata tropheis
Tartara liquiſti palma beata virum.
Vix aurora ſuos eduxerat alba Iugales
Stabant in tacito ſydera multa polo
Virgo memor clari quem lux promiſſa trahebat
Ordinis: herebat peruigil in lachrymis.
Orabat ſuperos ſingultibus aera complens
Hec tamen aſſueta de grauitate cadit.
Nate deo lux prima rubet: vix iſta loquuta eſt:
Stabas in matris Criſte recepte ſinu.
Nec iam mortalis perituro diſſeris ore
Lucidius Phœbo: iam tua membra micant.
Inquirit pugne ſeriem ditiſq; ſepulti
Terribilem pugnam: qualiter hoſpes eras.
Aſtantes mirantur auos qui carcere tetro
Erepti: meritum concinuere melos.
Virgo decus noſtrum ſeruilis lima Cathone
Aſſertrix noſtri regia ſeruitij.
Nos tibi debemus quod in iſto cernimur orbe
Per te libertas ſera gradum poſuit.
En proauos agnoſce tuos agnoſce parentem
Quem poſtliminio lex iubet eſſe tuum.

Irarum cecidit rabies: abiere tenebrę
Per te nostra salus: nos tua turba sumus.
Dic mihi virgo nitens quo tūc perculsa pudore es
Num rubor erumpens ora venusta notat?
Condis in ornatos mysteria celsa recessus
Et tunc dulce fuit te superesse tibi.
Celicole ciues veteris fragmenta ruinę
Per te restituunt: cogitur ordo nouus
Si locus est aliquis nostrum seruatus ad vsum
Immerito q̄uis porrige vera quies.

Promissus virgini & apostolis sacer spiritus decimo ab ascensu die celo delabitur.

ATiā multiuago currebat murmure rumor
In tumuli latebris non superesse virum.
Magdala prima fuit nouitatis nuntia magnę
Surrexisse deum mortis obisse vices.
Heu q̄ difficile est verum preludere amorem
Nulla metus patitur vincula certus amor
Liber enim est: nec mens non libera possit amare
Huc pudeat cuiuis succubuisse iugo.
Igne calet viuo celestis magdala formę
Cuius ad intuitum stet taciturna venus.
Nam quid cesariem quid lactea colla retexam
Fluctibus emergens Cypria talis erat.
Talis erat cynire soboles: & moribus impar
Tyndaris armisona bis repetita manu.
Sunt oculi stellis similes vt pallados essent
Nec thetys equales ausa negare pedes.
In labijs ardet roseis carbunculus impar
Signat mirificum turris eburna caput.
Pulua coma est roseęq; manus & maxima toto
Corpore & incedit vel Ioue digna soror.
Diua igitur lachrymans celi monumēta magistri
Appetit: in questus Arthemisia suos
Nuper enim scelerum donata labe nitebat
Excipiens tacito docmata chara sinu.

Illecebras prius enerues malesana colebat
Spirabat mollis cynnama fura thorus.
Ad cytharę cantus agiles celebrare choreas
Docta fuit: cautos ponere docta pedes.
Non artes oculis non artes gressibus absunt.
Est studium pulchris consuluisse genis.
Fucus abest fallax tanta est fiducia formę
Adijcit huic gestus fomina multa decens.
Quicquid agat decet hanc/ridet/seu cantibus ora
Excitet: aut lepido manat ab ore melos.
Hanc multi iuuenes studio capiere potenti
Consortem genij conciliasse sui.
Sed fuit illustri tam cura pudica puellę
Nullius iuuenis capta nitore fuit.
Vtq; nitent roseis intersita lilia gemmis
Inter virgineos sic erat illa choros
Durum est delicias mundum retinere pudoris
Cum ratis est rapidis fluctibus acta notho.
Vera tamen canimus licet ocia lenta iuuarēt
Et facerent proceres dulcia vota proci.
Noluit ex illis cuiq̄ committere castę
(Quamuis archano) frena pudicitię
Quare deo placuit ne naufraga vela perirent
Flexerunt lembum vela superna leuem.
Dum cyathi fumant dum tybia cantat amena
Pellitur insuetis carbasus icta nothis.
Flebilis accedit vicini tecta symonis
Intrat & abiecto sternitur yma solo.
Iam conuictores epulis languente palato
Excluserę famē dulcia vina sitim
Ambigui credunt de suspicione caduca
Archanum vatis fallere iudicium.
Magdala discretis fundit lamēta querelis
Erumpit tenero lumine riuus aquę.
Ipsa pedes lauat irriguos: & crine madentes
Siccat: & vnguentis humida crura fouet.
Circumspectores licet alta silentia seruent
Iudicio falso corda maligna fremunt.

Si fuerat vates: cur hunc sentina pudoris
Attigit? hunc veri prescia signa latent.
Voluebant acres stimulos pungentibus iras.
Vix satis occulta sedicione tacent.
Agnouit subito fremitum: quid nescia corda
Versatis? fiant vestra agitata palam.
Accubui vestris conuictor et aduena mensis
Quis dedit articulis dulce leuamen aquę
Sordent illuuię vestigia nostra paludis
Nec tamen afflicto balnea vestra patent.
Accubui vestrum hoc fateor nec alumna nec hospes
Magdala defessis fudit aquam pedibus.
An scelus illud erat nostram accurare quietem
Si tetigit nostros mens gemebunda gradus?
Oscula dat carni tangit mortale cadauer
Sed capiet sortis fenora multa suę.
Surge agedum: crimen tibi condonauimus omne.
Exue quas sordes mens maculosa bibit.
Supplicij depone metum: tibi prospera lucra
Attulit egregio pignore cana fides:
Ex illo mariam mundanus deserit error
Nulla voluptatis vult monumenta pati.
Forma eadem remanet nec opum iactura secuta est
Quod satis est ipsis regibus illa tenet.
Authorem vitę non ipsa in morte reliquit:
Cuius ab auspicio Lazare viuus eras
Commoritura fuit tali pietate dolebat
Sic aberat victo pulsus ab ore color.
Numq̃ deseruit Mariam: partitur acerbos
Luctus et querule pectora lesa regit.
Vtq; erat aduersis vehemens nec victa secundis
Ad Marie planctus prima medela fuit.
Solatur querulam casus comitatur in omnes
Donec clauserunt muta sepulchra deum.
Bis radios Tytan liquidis demerserat vndis.
Bis fuerat roseo mane reuersa dies.
Delia nocturne triplicabat munia Phebes
Tollebant rutilas astra decora faces.

Vix medium tacito cursu transiuerat cetan
Exurgis tumulo victor honeste tuo.
Custodes terrore nigro iacuere sepulti
Torpebat gelida mobile corpus humo.
Sic radiat fulgor rutilat sic agmen olympi
Officiosa sui dum videt acta dei.
Herent exangues tumuloq; erumpere cernunt
Sarcophagi salua prodijt ille fide.
Viuit enim fati domitor qui dite perempto
Illuxit mundo sol nouus exciduo.
Interea dñi memor anxia Magdala cesi
Ad tumuli latebras ire animosa parat.
Vngere more patrum disponit corpus: vt omni
Vendicet a carie sedula posteritas.
Nutabat lalefacta fides in pectore amantis
Herculeum reputans frangere mortis opus.
Venerat ad limen vbi funus mane iacebat
Exiguo cornu lumina clausa ferens.
Ecce repentino splendens fulgore choruscat
Aer & radijs arua propinqua micant.
Semideiq; duo: subsit reuerentia verbo
Angelico plausu delphica dicta canunt.
Quem queris mulier leti inter spicula fracti?
Diuis in auriferas ille rediuit opes.
Neve fides nutet suspecta oracula credens
Ingredere & gressu te propiore loca.
Pignoris hec fuerat felix custodia diui
Que meret vacuo iam spoliata sinu.
Viuus & incolimus Galilea tetendit ad arua
Illa ferunt voti nuntia vera tui.
Credulitas dubio titubabat pressa timore
Posse timor dubitat asserit acer amor
Dumq; incerta vago perreptat tramite campos
Vt vigilat nidis sola columba suis.
Circundans aditus qua comprobet indice signo
Corporis ablati furta reposta sagax.
Ecce ferax olitor madidis offertur ocellis
Vt vertūnus erat qualis & Alcynous.

Dic ait o cuſtos ſpecioſi laurifer horti:
Abſtuleris ne iſtum pignora magna virum
Verſus in hãc: mulier: maria anxia quid tibi ploras?
Nil vltra agnouit: conſcia virgo ſuum.
Inq; pedes reuoluta: parat premere oſcula plantis
Abſtinuit votis: hęc prohibente deo.
Nondum ſyderei conſcendi ad limina patris
Viribus vt credor credar honore minor.
Labitur ex oculis: currit noua nuntia pernix
Certior illius famine Petrus adeſt.
Et quem coniugio reſonans Hymeneus adempto
Liquerat & ſacras iuſſerat ire vias.
Hec ijdem perhibent comperta oſtenta ſepulchri
Hec eadem capto Magne iacobe cybo.
Spargitur in ſolymã nouitas memorabilis vrbem
Euolat in varias garrula fama plagas.
Turba ſacerdotum precio corrumpere certat
Cuſtodes nequeunt fortiter acta tegi.
Fucus abeſt: Emaus teſtes exceptio nulla
Quos grauet inducit: teſtis Yoſeph item.
Et ſcrobis impreſſe Thomas compertor: & vnde
Thetyos: eductum vidit harena pecus
Signa quaterdenos agitarant maxima ſoles
Vt fieret populi non dubitata fides.
Exilij iam finis erat: tum colle virenti
Pinguis vbi armiſonę frondet olyua deę
Nube deus rapitur formoſa algammata ſcandens
Panditur aſtricome Regia leta domus
Occurrunt proceres ſacrum Peana canendo
Tum patris ad ſolium Rex metuende venis.
Venturus iudex tu noſtra piacula dele
Digna lauet noſtrum da metanea ſcelus
Biſſeni comites ſtabiliti matris alumne
Preſidio ſolymis caſtra ſitumq; locant.
Terror adeſt anceps q; metus: ne feruidus hoſtis
Obruat atroci copora pauca nece
Quippe odijs frendent: patronum facta potentem
Sponſio promittit: corda labare vetans.

Septima transierat metis redeuntibus aura
Prodijt e solito gurgite clara dies.
Astra tremunt vasto tonitru celum omne remugit
Ignibus emissis aer vbiq; sonat.
Spiritus almifluens alto descendit ab axe
Inuolat inq; tuos nostra medela sinus.
Implentur proceres duodeni neumate puro
Confortat trepidos vis animosa duces.
Tum rude pectus erat:rudítas discessit agrestis
Plena scientifico viscera melle beans.
Eloquitur Physim quem linea torta fouebat
Cui fuerant dotes Rethia parua suę.
Palladios amnes & Phocydos arua putares
Castalio totis incubuisse viris.
Sic piscatores dederat furor esse solones
Ad cunctas artes hora magistra fuit.
Graia: tenenthebrea:tenent Caldea loquuntur
Et latię callent pragmata culta tubę
Canus adest Petrus:populum ditauit opimo
Fenore:sic Sophię verba disertus habet.
At tibi Parthenice merorem pressit acerbum
Gratia:nec Karythes qualis adire potest.
Scripta legis vatum peregrina Pallade plena
Flumina septeno dulcia calle bibis.
Proluar exili saltem pauperrimus vnda
Neu potum cupido spiritus alme neges.
Tu facis vt nostros prudentia dirigat actus.
Et nisi tu dederis nil sapientis erit.
Corpore in hoc sedem proiecto crimine fige
Lux:animi rector confugiumq; mali.
Anchora turbatis:horrentes digere culpas
Tempereis fletus:vera labore quies.
Te sine lux perijt sensus mala noxia nostros
Occupat:o custos respice queso reum.
Tu potes inuisi detrudere carceris estus
Tu dare virtutis commoda pulchra potes.
Obscuris teneor lacubus:limoq; profundo
Vnica spes restat:mitte benignus opem.

¶Recepto in celum Cristo: in fidei firmamentū relicta
terris mater: duodecimo anno post assumitur.

Esquipede indigeo iunctura⁊ denegat impar
Inualidas agitare rotas gyrum⁊ tenere
Virgo mee vires: extreme incumbe palestre
Carcere⁊ hyrpinos recluso dirige fetus:
Post q̄ stelligeras arces Empyrea regna
Orbe prius domito Cristus conscendit: & iras
Dissecuit lentas: primo genitore paratas
Numina terrigenę symulachra⁊ muta colebant
Et quia per totum contagio putida mundum
Repserat: extremas orbis mittuntur in horas
Discipuli: vatis qui docmata vera secuti
Cognouere deum: Petrus Phenicas adiuit
Antyochi⁊ vrbem: Thomas penetrauit ad Indos
Paulus Alexandri veterem petit emulus vrbem.
Externos alij fines: noua secta feraci
Materię crescit: sermonibus ecce suorum
Cristus vbi⁊ sonat: regum violentia seuit
Grassantur simulachra deum techna⁊ dolo⁊
Instituunt: nugis⁊ loquacibus omnia miscent
Gastus Iohannes Marie firma anchora sanctum
Exhibet officium: domine patronus herilis.
Forte roget quis q̄: prolixę tedia vitę
Qualiter exegit que ve ipsa negocia gessit
Signa mouent animum presentia semper amantis
Inde petens tumuli monumenta superstitis: omnes
Incoluit studiosa locos vbi diua propago
Passa fuit: visens liquidi torrentis ad vndam
Fertur vbi Cristus guttas (& vera fides est)
Sanguineas sudasse diu: seuissima mortis
Hostia coniectans: fluidus de corpore toto
Stillabat cruor & lachrymantia tinxerat ora
Carpit apis studiosa Thymos: nulla⁊ tenetur
Desidię: labor est caluaria saxa subire
Fletibus expleri repetit cum vulnera nati
Et tristes plagas & detestabile letum
Sepius aerio descendit ab axe satelles

Solaturq; egram: tunc pleno gaudet aceruo
Internis pregnans opibus: cumulataq; sceptri
Nomine: quod vero promittit spiritus ore
Corporea est macies: verum pinguissimus almę
Mentis adeps: nunc perge pios mortale cadauer
Incusare deos: precibusq; lassus anheles
Multa petens & nulla merēs: spes lāguida nutat
Neglectaq; preces sopito numine iactas:
Poscentem sua vota manent: nisi renuat aptas
Ferre moras: referens in ydonea tempora votum
Carcere corporeo tegitur dignissima celo
Nympha: quis ambiguo disceptet pectore nolle
Hanc regnare deam? meritoq; referre triūphos?
Ast opus excellens subigit: fata ardua cogunt
Terrenas habitare casas mappalia crassa
Ne pereat noua religio: ratis orba magistro
Fluctibus excutitur modicis: forteq; tribuni
Sub duce diffugiunt ignauo: & signa relinquūt:
Sic manet: ac fixo tutetur robore castra
Vltro acuunt iras: vocitantq; in pectora martē
Taliter infirme fidei sine numine vires
Virgineo fuerant: quando statione potenti
Creuit apostolici fruges vberrima verbi
Ille deum primas: patrio qui nomine pollet
Alloquitur natum mea sola & certa potestas
Te genitricis amor cuius purissima quondam
Vbera suxisti: solidumq; adductus in euum
Plurima sollicita gustasti munera cura
Te ne inq̄ genitrix hortatur: vt vltima carpat
Premia: tam longis mundi defuncta periclis?
Mirantur proceres: putris miratur auernus
Assiduas hanc ferre moras: & vilia rura
Humanumq; lutū gemmam infestare decentem
Fenora multa dedit dragmaq; decēplice grandē
Depressit questu plus appendente stateram
Templa vides turgere crucis: periere prophana
Idola: innumeris angoribus esse agitatam
Sufficiat: meritoq; deę sacremus honores

Deſierat: par eſt genitor ſi talia voluis
Hec prior exoptem lutea qui ymagine tectus
Impleram niuei mundiſſima clauſtra pudoris
Huius ego geſtamen eram: ſacraq; ſub aluo
Menſurnas epulas deducto ſanguine coxit
Mammarumq; dedit latices vſumq; ſoporis
Edocuit bleſo dictauit verba palato
Contexitq; cutem iuſſitq; abducere plantas
Commoritur perpeſſa mihi: pugnaq; coronam
Victrici meruit & quanto corpore maior
Eſt animus tanto reliquos certamine vicit:
Vexilla educi noſtros prodire maniplos
Precipe: Reginę conuexa ſuperna potenti
Obuius ire paro: nec plura effatus ab alto
Conſurgit ſolio Gabrielemq; arduus vnum
Seuocat e numero: Caducifer inerat olim
Pubentes marie ad thalamos: legatur ad illam
Pandat vt extremas tranſacti callis habenas
Dumq; iter aggreditur: vocem ſuauiſſima Coſtus
In celum extulerat: grauibus demum exime matrē
Erumnis mi nate precor: me carnea moles
Conteret iſta diu? duodene tempora brume
Dura tuli poſtq̄ rediuiuus in ethere regnas.
Nunc ſenium quaſſat viridis nunc tranſijt etas
Defungar rapidis iam ſaltem libera fatis
Stephanus ille prior geſto certamine martyr
Axe triumphali Iudeam ridet ineptam
Sunt alij innumeri quos laurus opima ſecundat
Quos maneo fines? ad que tormenta reſeruor?
Debilibus mandas ſolamina grata parentur
Debilis en mulier ſolamina grata repoſco
Non valet vlterius: lachryme pia verba ſequuntur
Opplet meſta ſinus: iam tecta pudica tenebat
Aliger exhibito legatum promit honore
Tandem vota cadunt optataq; tempora tandem
Virgo tibi parat altitonans en obuius ether
Prodit et accincti proceres lecto ordine currunt
Turba nouena volat Reginę addicta futurę

Obſequio iugi: tibi me rex altus olympi
Deſtinat: in ſacros iam iam mors irruet artus
Sopitura domum qua ſpiritus ille tenetur
Eſt ſatis excubias vigili ſtatione tuliſſe
Que tibi concedi iubeas expone tonanti
Abnuet ille nihil: quiduis permittere fas eſt
Certior vt facta eſt: triplicis ſeſe aggere voti
Munijt: horrificum ne demona tranſitus eger
Perferat & ſocios videat moritura ſupremos
Quos ponenda fides per climata ſeparat orbis
Vtq; fuit ſemper triſtem miſerata ruinam
Orbicole gentis: teſtata nouiſſima verba
Animę nec differ tenuate queſo parentis
Criſte voluntati quiſquis poſt criminis auſus
Tabuerit lachrymis gremioq; afflictus acerbo
Planxerit: hunc rabidus fugiat precidere ſerpens
Precipiteq; neci: marie ſed ymagine tutus
Luctibus ora lauet redeatq; in federa pacis:
Preſidio ſubſit ſpes fidentiſſima noſtri
Talibus orabat: clauſas mirabile dictu
Pulſauere fores arabum qui rura tenebant.
Egyptiq; lacus Ararim Phenicas & indos
Et Gangem & Gades Petruſq; in limine primus
Ille ſenex Petrus: rigidam qui liquerat vrbem
Antyochi latio ſolium poſiturus eburnum
Caſtus iohannes bimari reuocatur ab vrbe
Aer erat currus quali memoratur helyas
Felices hortos flamma inuiſiſſe choruſca:
Biſſeni coiere duces: & funera docti
Deplanxere diu donec prohibente ſenatu
Agminis altiuoli corde aſſenſere quieto
Doctrine paſti eloquio riuoq; ſalubri
Clauſerunt oculos moribunda virgine dios
Lumina clauduntur dominę mirantia formam
Corporis inuitus vmbracula deſerit author
Virtutis medicate animus iubilantibus odis
Celeſtes ſonuere chori plauſuq; canoro
Virgineos celebrant pompoſo funere manes

Non valuit tellus Nardum cariosa feracem
Detinuisse diu: sed mens magnesia corpus
Vel sese recipit vacuataq; saxa relinquens
Numinibus prior occurrit radiantior astro
Tum primum superi proceres stupuere: quid istam
Ambiret fulgor nimius? quid splendida vellet
Pompa? illustre seraph: deserto erepta trilici
Ascendit quę virgo polos vt virgula fumi?
Intuitu Pheben superat: sol aureus ambit
Tempora: castrorum est acies instructa potentum
Illi inter sese dubijs de rebus agebant
Celiginę ciues Cristus sapientia patris
Ingredere optati promissum limen olympi
Sola omnes euade choros: equataq; nostris
Sedibus: imperio regnes cumulata superno
Nos famulos tua dextra reget patrona fereris
Humane sobolis timor irrequietus Auerni
Milibus e multis sola electissima compar:
Perpetuo delecta mihi medium exitus ortus.

Finis.

Eiusdem Remacli ad lectorem.

Gryphus ab Alpheis ad regna britanna vocatus
Fluctibus: ymo alta ductus ab vrbe Remi.
Iussit vt hęc canerem languebam quippe supinus
Parentem Grypho quis satis arguerit

Obseruatissimo Patrono Petro Grypho super egritudine: Remacli Epycedion.

Siccine iurasti semper fortuna grauare
Immeritum? sic me cladibus vsq; premes?
Siccine spirabunt venti in contraria semper?
Incumbetq; meę Naufraga scylla rati.
Semper Threicijs obnoxia vita procellis
Puro ignorabit letior ire die?
Cernimus indomitum spacio segnescere Ponthum
Peruariantq; suas astra superna vices.

Rumores etiam perterrita fama ſiniſtros
Ponit: & in melius verſa fauere petit.
Tu ſemper fortuna fugax: nunq̃ tibi conſtans
Iactans ceſareum myroparone caput.
Illudens Mario poſt multa inſignia victo
Euertens Tyrij fortia facta ducis.
Naturę ancipitis mutas oblita tenorem
In me: nulla fauens ymo nouerca ferox.
Quo mecum fato pugnas inimica? quid egi
Vt miſerum cunctis cladibus exagites?
Ah opus vt ſpectem: quanto languore patronum
Affligas? odium verte nephaſta tuum.
In me verte manus audes violare prophana
Quem tot defendunt fortiter acta virum?
Numina quem ſeruant: per tot qui vota precantum
Poſcitur a diuis integer atq̃ ſacer.
Quis doctos aleret: quo preſide noſtra ſynaxis:
Staret? quis ſtudijs vellet adeſſe pijs?
Limitibus veſana tuis inſiſte: remotos
Gryphus habet nidos a ditione leui.
Arbitrio celſe commiſſus Pallados vnguem
Oſtendit medium viribus ille tuis.
Quod ſi Pandore quicq̃ de pixide leuum
Sentiat: hoc virtus perferet equanimis.
Nubila ſic Phœbi radios obunbit eclypſis
Defectus patitur clarificanda ſoror.
Lamina ſic auri ſyncerior exit ab igne
Sic animos acuunt Petre moleſta graues.

Finis.

Vale lector cariſſime: & grato animo libellum ſuſcipe impreſſum Londoñ. ſtudio & induſtria viri integerrimi Ricardi pynſon: regij calchographi: quito idus martij. Anno a virgineo partu. M. CCCCC. xij.